Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

# Mysta Fervidus, seu Disqvisitio Theologica, De Zelo, Qvô, Minister Ecclesiæ in suô calere debet Officiô

Nitsch, Georg

[Hannover, MDCCVIII

VD18 13021311

urn:nbn:de:gbv:45:1-17677

Visual Library

# MYSTA FER-VIDUS,

*ſeu*

DISQVISITIO THEOLOGICA,

# DE ZELO,

Qvô,

MINISTER ECCLESIÆ

*in ſuô calere debet Officiô,*

inſtituta

*à*

GEORGIO NITSCHIO,
Paſtore Wolffenb.

*Sumtibus* GOTHOFREDI FREYTAGII,
*Anno M DCC VIII.*

36
Landesbibliothek Oldenburg

Landesbibliothek Oldenburg

# I. N. J.

UTcunqve calentes, in ſuô
haut tolerat obſeqviô, qvi torqvet
*Sidera Cœli,*
*Atq; ſuo æterno Numine, cuncta movet.*

*Novi Opera* (dira ac dura interminatio!) *qvod nec frigidus ſis, nec fervidus. Utinam frigidus eſſes, aut fervidus. Aſt qvoniam tepidus es, nec frigidus, nec fervidus, ex Ore meo evomere te incipiam*, Apoc. 3, 5. Præſulem Eccleſiæ Laodicenſis, his verbis alloqvitur, humani generis Soſpitator; nec ratio ſubeſt, qvæ ad aliud ſubjectum reſpicere, & myſticam, ſymbolicam emblematicamq;, hiſtoricæ anteponere, nos ſvadeat expoſitioni. *Vide omninò erud. Diatr. excell. Theol. Hermanni Witſy, de 7 Epiſt. Apoc. Senſu hiſtoricô, an propheticô interpret.* Neglectim hic Præſul, qvisqvis tandem fuerit, (vid. Comment. Matth. Hoë in Apocal. Pag. 105.) magnâqve animi pigritiâ, res peregerat Dominicas, à fatuarum Virginum, de Oleo, Lychnis, cum ardere deberent, affundendo, anxia-



Landesbibliothek Oldenburg

rum, haut multùm abludens ingeniô. Idcircò ad eum Chriſtus, Teſtis iſte fidelis: *Novi Opera tua* (exteriora non ſaltim, cuivis cognoſcere prompta; ſed & illa, in qvæ nullus Oculus humanus, qvantumvis ultra communem Valentiam ſit perſpicax, obtutum figere poteſt.) Hæſitas? Audi paucis, tui Definitionem, ἀρνητικῶς & θετικῶς, & negativè & affirmativè conceptam. *Nec frigidus es, nec fervidus; ſed tepidus.* Per frigidum intelligit Redemtor, hominem ſtigmaticè impium, qvi in peſtilentiæ cathedra ſedet, neqvitiæ certamine contendit, & ſcelera ſceleribus annectit: Hominem, de qvô tantùm abeſt, ut verecundiùs peccet, ac ut furtim qvaſi, & in ἑτέρᾳ μορφῇ, ad Diabolum, (ut Saul ad Pythoniſſam) ſeſe proripiat, ut potiùs impietatis furore arreptus, retectâ facie prævaricetur, juſſionesq; Dominicas, ſine impulſore, ex deſtinatâ violet malitiâ; Sectator pravitatis manifeſtus, Dæmonium meridianum, qvale olim Abſolon, in univerſorum Iſraëlitarum adſpectu, Parentis ſui uxores fœdans atqve conſpurcans, 2.Sam 16,22. Spectant ad Frigidorum Caveam

I. *Qvi extra Eccleſiæ Caulam vivunt delirantq;* ut eſt

α) *Atheus*, piaculum iſtud Mortalium, ac Seculi crimen, à τῷ *DEus non-curat*, ad τὸ *DEus non eſt*, ut eò licentiùs peccet, & eò maligniùs noceat, ſtolidisſimè progreſſum.

β) *Gentilis*, de qvo veraciter Lactantius: *Deos*, inquit,

qvit, *opinatur, qvorum neq; Conditionem, neq; Originem, neqve Nomina, neqve Rationem novit; ſed inhærens perſvaſioni vulgari, libenter errat, ſtultitiaq; ſuæ favet.* Lib. de Juſtit. Cap. 20. pag. m. 416. Nec invenuſtè inſipidève Clarevallenſis Abbas Bernh: *Gentes à Deo ſunt; ſed non cum DEO: Per ipſum vivunt; ſed non ipſi: Ex ipſo ſapiunt; ſed non ipſi, alienati, ingrati, inſenſati.* Serm. 6. ſuper Cant. Qvibus & iſtud, jure, improperatur Evangelicum: *Nolebant venire*, Matth. 22, 3.

γ) *Judæus*, qvaqvaverſum nunc diſperſus ac palabundus, vagans, eccentricatus, cauteriatus, induratus, tardigradum Meſſiam, fruſtrà exſpectans.

δ) *Mahomedanus*, Facem Alcoranicam, erroribus, figmentis, nugisqve plus, qvàm ridiculis refertam, ſeqvens.

II. *Qvi intra Eccleſiæ ſepta morantur, & ſtudent*

1.) *Perverſæ Doctrinæ*, ut ſunt *Sociniani*, ſubtiliores iſti Mahometiſtæ, Filii perſonalitatem qvidem deprædicantes, ejus tamen Deitatem ac Satisfactionem, ut de ipſorum aliis trabalibus erroribus hìc nihil ſubnectam, præfractè negantes. Juſtiſſimè ex albo Chriſtianorum, hos Fidei ſubverſores, Grotius, anteqvam in partes abiverat, delendos cenſuit. Sic enim ad Antonium Wallæum: *Non modò Chriſtianorum*, ſcribit, *ſed nec Hæreticorum nomine ipſos* (Socinianos ſc.) *dignor. Qvæ enim ipſi docent, cum univerſali omnium ætatum atqve gentium fide pugnant, &*

 *Chri-*

Landesbibliothek Oldenburg

*Chriſtianitatem (qvantùm ego intelligo) nomine retinent, re deſtruunt. Itaq; hos, à Mahumetiſtis, non longè ſeparo, qvi ne ipſi qvidem JEſu maledicunt.* Wallæi Oper. in fol. pag 399.

2. *Impiæ Vitæ.* Qvorum Deus Venter, & Dux corrupta Natura: Qvi manus habent, illicitò raptu, & innocentum Cruore violatas, ac labia, non niſi turpia, obſcœna & ſceleſta loqventia: Nunqvam DEI reminiſcuntur, ut ipſi ſerviant; nunqvam ipſius mandati, ut illi obediant; nunqvam vitæ ſuæ, ut eam corrigant; nunqvam pauperis, ut ei ſuccurrant. Paucis! *Confitentur, ſe DEum noſſe, factis autem negant, nam ſunt abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi*, Tit. 1, 16. Hic Frigidus!

*Fervidus* autem qvis ille? Dei Chriſtiqve notitiâ qvi imbutus, Religionis Zelô exardeſcit. Ἀνυπόκριτος, ſincerus, ἐπεκτεινόμενος, ad probatas Sacrorum ſummitates, enixiori contendens ſtudiô, qvi ſanctâ qvâdam violentiâ, Regni cœleſtis domicilium intrat, ac pia negociatione, qvinqve Talentis, qvinqve alia lucratur; abſthemius Voluptatum, ſed ebrius Deo; ſoporatus ſibi, ſed vigilans Gregi; procul à loqvacitate, ſed proximus operæ; τετράγωνος, qvi inter ſævientia qvoq; ſecularis poteſtatis, varia & exqviſita Tormenta, Chriſtum liberô profitetur ſpiritu; Animæ ſuæ prodigus, uſqve ad mortem, Apoc. 12, 11. Qvi cum zeloſo Apoſtolo, *nihil qvicqvam ſcire deſiderat, niſi JEſum Chriſtum, eumq́; crucifixum*, 1. Cor. 2, 2.

2. *Omnia damnum reputans, propter eminentiam Cognitionis Domini JEſu Chriſti*, Phil. 3, 7. 8. Deniqve, cui Eccleſiæ ſtatus, uſq; adeò eſt curæ cordiqve, ut cum eodem Viro Dei exclamet: *Qvis affligitur, & ego non affligor? qvis offenditur, & ego non uror?* 2. Cor. 11.

Supereſt *Tepidus*, & hunc ultimum, non diffitebor, occupat Scabies. Ecqvæ autem ejus Pictura? Ignavâ eſt operâ, torpet in obſeqvio Dei, & langvet in negotio Salutis: Falſa rerum ſpiritualium eundem tenet Securitas; Simulatæ eſt Virtutis; Formâ, qvàm mente melior; Pigritiæ ſpirituali litans, qvodvis Vitii genus, eruditè exercet; Ingenioſè Neqvam; Ovis viſu, Vulpes aſtu; Intus Nero, foris Cato, totus ambiguus; ἔξωθεν juſtus, ἔσωθεν, fictione & impietate plenus, Deo placere & inſimul ad illecebras Mundi componere ſe volens; Neutralis; Utralis; Indifferentiſta; Fidei qvodlibeticæ; Religionis ephemeræ; Medium participationis; ἀμφιδέξιος, flexiloqvus, Gallio, Cymbalum tinniens, Paries dealbatus; qvoad verba de domo Chriſti; aſt qvoad opera, de domo Diaboli; qvoad dicta, de domo Eccleſiæ, qvoad facta de domo Caiphæ. Qvod enim Petrus fecit negando, hoc ipſe facit affirmando. Simia Dæmonis, qvi qvantùm vertice, ad auras

Æthereas, tantùm radice, ad Tartara tendit.

Et talis Eccleſiæ Laodicenſis erat Antiſtes! *Nec frigidus.* Apertâ enim vacabat impietate: *Nec fervidus*

Nulla

Landesbibliothek Oldenburg

Nullâ enim veræ infucatæqve Religionis ducebatur curâ; ſed, in ſuâ jugiter ſerpens deſidiâ, juſſa Eccleſiæ, vegetiore conatu exeqvi, obliviſcebatur. Qvocirca etiam Salvator: *Vtinam frigidus eſſes, aut fervidus!* Artificioſa Pietas omni neqvitiâ eſt neqvior, morte digna, infernô penſanda. Et qvàm difficilis tepidi eſt Converſio? *Amen!* ita Chriſtus ad Phariſæos, *dico vobis, Publicani & Meretrices præunt vobis, in Regnum Dei*, Matth. 21, 31. Præſtat in tenebris Gentiliſmi adhuc verſari, qvàm Chriſtianum eſſe, ſine Chriſtô. *Ille Servus, qvi novit Voluntatem Domini ſui, nec ſe comparavit, nec fecit ex Voluntate ejus, cædetur multis*, Luc. 12, 47. Et eâdem mente Petrus: *Satius fuiſſet eis non cognoviſſe viam Juſtitiæ, qvàm cognitâ illâ, regredi à ſanctâ Doctrinâ ipſis traditâ*, 2. Ep. 2, 21. *Aſt* ita pergit Dominus, ad Epiſcopum, toties repetitum: *Qvoniam tepidus es, nec frigidus, nec fervidus, ex Ore meo evomere te incipiam.* Nonne hoc uſq; adeò eſt terribile, ut ambæ ad id nobis tinniant aures? Metaphora eſt, ab aqvâ, deſumpta, qvæ ſi frigida eſt, aut calida, retinetur, ſi tepida, Vomitum provocat. Nur die Lauigkeit des Waſſers/ (ſunt verba nominatiſſimi Petri du Boſc) verurſachet dem Menſchen ſo ein Speyen. Der Wein/ die Milch/ und andere dergleichen Feuchtigkeiten / kan man lau zu ſich nehmen / ohne daß ſie dem Hertzen ein Wehethun verurſachen/ ja was noch mehr iſt/ ſo ſeynd ſie bisweilen lieblich und angenehm / wenn ſie lau ſind: Aber/ was das Waſſer betrifft/ ſo iſt ſeine Lauigkeit dem Menſchen unerträglich / ſie beleidiget ihn / ſie erwecket ihm einen Eckel / ſie verderbet ihn. Geiſtl.

Schrifft.

Schrifft. Part. I. pag. 88. Non evomam, ait Salvator patientiſſimus; ſed *incipiam evomere.* Μέλλω σε ἐμέσαι, ἐκ τῦ ςόματός μυ, *Futurus ſum, te evomere.* Vindictam, uſque & uſque differt, nec ad extrema remedia præceps ruit ipſius Longanimitas. Velox eſt ad Gratiam, ſed tardus ad Iram. Verba antecedunt Verbera. Priùs Enſem acuit, & poſtea ſecat; Priùs Arcum tendit, & poſteà mortiferas emittit ſagittas; Priùs rugit, & poſteà prædam aggreditur. Terminum autem, qvod probè notandum, non omnibus ponit æqvalem; Huic plures annos, illi aliqvot dies, iſti pauculas duntaxat indulget horas. *Stulte, hac nocte animam repetent à te,* Luc. 12, 20. En! habuit hic Miſer, horas ſaltim pauculas, qvi multos ſibi promittebat annos. Utinam hoc nobis eſſet ἐμετήριον ſeu allectamentum Pietatis. *Evomitio,* ſuo tempore, ſi longanimitas, ne tantillùm qvidem profecit, certô certiùs ſubſeqvitur. Nam uti Patientia diem ſuum habet in Creatione; Providentia in Conſervatione; Miſericordia in Redemptione; ita Juſtitia diem ſuum habet in Retributione. Qvàm munificus Salvator exiſtit in Gratia, tàm magnificus etiam exiſtit in Juſtitia. Munerator eſt copioſiſſimus, & Remunerator æqviſſimus. Aſt audiamus, qvid propriè innuat Evomitionis vocabulum? Abjectionem à Facie Chriſti. *Peccata* namq; *ſeparant DEum & Homines, & abſcondunt Faciem DEI, ab Hominibus,* Eſa. 59, 2. *Impii dabunt pœnas à Facie DEI* (ſcilicet ſepa-

 rati)

rati) 2. Theſſ. 1, 9. Ubi? in lacu ſulphureo. Qvem enim Chriſtus exſpuit, eundem hic lacus excipit. Ad tepidos tandem, ut & ad cæteros iniqvitatis Operatores, dicturus eſt Dominus: *Novi vos!* Matt. 7, 23. *Abite à me in ignem æternum, qvi paratus eſt Diabolo, & angelis ejus*, Matt. 25, 41. Nonne hoc triſte? nonne hoc grave? nonne hoc aſperum? nonne hoc tremendum eſt ſupplicium? nonne (ut multa paucis complectar) malum pejus, peſſimum? Sed aliter fieri neqvit. Aut in hoc, aut in futuro ſeculo ardendum. Qvàm vellem nunc inter eos, abſtruſioris doctrinæ theſauros, qvi poſſident, munere qvi funguntur didaſcalicô, morum alienorum qvi ſunt Cenſores, & Animarum errabundarum Daduchi, qvàm vellem, inter eos, non dari iſtiusmodi Tepentes, qvi ad certamina divina ſtertant ſecuri, & ad ſpiritualia præcepta, ignaviter & ſtupidô neglectu attendant. At enim numerus illorum major forſitan eſt, qvàm qvis facilè crediderit. Signanter juxta ac dolenter *Gvilelmus Pariſienſis*, fulgidum Eccleſiæ Romano-Catholicæ Sidus: *Verba Vitæ*, inqvit, *in qvorundam* (utinam non eſſet dicendum, in plurimorum) *Doctorum & Prædicatorum labiis, qvantùm ad Virtutem & Efficaciam moriuntur. Adeò enim tepidè, adeò remiſſè, Verba DEI annunciant qvidam, ut extincta in labiis eorum penitùs videantur, propter qvod, ſicut & ipſi frigidi ſunt & extincti, ſic frigidos & extinctos relinqvunt, & utinam non faciant Adjutores. Novimus enim qvendam familiarem noſtrum, propter*

hoc

*hoc de Civitate Pariſica aufugiſſe. Dicebat enim, ſe Lectionibus & Prædicationibus Pariſienſ. de die in diem, ampliùs & ampliùs infrigidari & ſe timere, ſi moram diuturniorem ibi traheret, ne tandem ſpirituali gelicidio extingveretur, propter qvod & tranſtulit ſe, ad Viros religioſos, charitate ferventes, velut ad Carbones vivos ac ardentes, ut inter eos converſans, ardorem, qvem Pariſiis timebat amittere, inter eos nutriret & augeret.* Vid. Tract. de Virt. & qvidem Partem 2dam de Moribus, Cap. 8. Nolo eſſe digitus, in ulcere eorum, qvi meæ ſunt Profeſſionis, id tamen ſilenter præterire haut poſſum, multorum aſſertiones uſq; adeò frigere in Suggeſtu, ac tantùm non conglaciare, ut cum ignito illo, atq; ardenti Sermone Dei, nihil ipſis eſſe commercii, abunde ſatis appareat. Eapropter, ut & hos, & meipſum exſuſcitem, ( nam qvoties & me Animarum noſtrarum Archi-Epiſcopus viſitans reperit καθεύδοντα, ut dicere opus habeat: *Simon dormis?*) de Zelo, qvò fidi Eccleſiæ Miniſtri, non tantùm in pulpito, (*habent* namq;, ut verba B. Hülſemanni mea faciam, *illi Tribunal ſuum, in Cathedra: at non excluſivum, qvin extra Templum aut Cathedram, ſi periculum Seductionis, aut alia qvædam prægnans cauſa ſubſit, corripere poßint publicè peccantes. Idq;* ἐπ' αὐτοφόρῳ. In Diſſert. practica, de fraterna Corrept. pag. 105.) calere debent, exqviſitiùs aliqvantulùm & exactiùs, pro menſura, qvam contulerit Is, qvi ſpirat ubi vult, & humectat vellus & aream, vel ſimul, vel alternis vi-



Landesbibliothek Oldenburg

cibus, prout ipſi viſum fuerit, differere, apud animum conſtitui.

A Definitione autem, ne in ignota verſemur ſylva, hic erit auſpicandum. *Omnis* etenim, ut Cicero meditatè qvondam ſcripſit, *qvæ à ratione ſuſcipitur de aliqva re Inſtitutio, à Definitione proficiſci debet, ut intelligatur, qvid ſit id, de qvo diſputetur.* Lib. 1. Offic. Scio, in aliam planè hic ire ſententiam, Virum doctiſſimum ac experientiſſimum *Arnoldum Geulingium.* Supervacuas etenim, in multis, & fruſtraneas arbitratur Definitiones. *Qvæ ſatis*, inqvit, *ſunt clara, definiri non debent.* Ac ne id otiosè aſſeveraſſe videatur, confeſtim ſubdit: *Definitio enim eò naturaliter tendit, ut declaret illuſtretq́ Definitum. Qvodſi verò illud jam ante ſatis clarum ſit atq; illuſtre, fruſtrà definitur. Nam obtento fine, ceſſant media.* Logic. reſtit. pag. 430. Eth. c. pag. 28. Num univerſaliter procedat: Hoc atq; iſtud ſatis eſt clarum. Ergò fruſtrà definitur, in præſenti non excutiam ſollicitiùs. Paucis! Et Claritas ſuas habet amplificationes, prout qvoq; lucidiſſimos ac manifeſtiſſimos S. Scripturæ textus, Commentationibus legimus illuminatos. Qva de cauſa etiam B. Schertz. *Datur Interpretatio ampliativa per æqvipollentia, & illuſtrativa, per exempla,* Anti-Bellarm: pag. 131. Fortean &, qvod tibi clarum, alteri eſt obſcurum. Ἀναλφάβητος enim hujus atq; illius poſtulat Definitionem, qvâ tamen ingenium, freqventi induſtriâ, laborioſâq; inſtitutione formatum,

fa-

facilè caret. Sed audiamus porrò, qvænam ſint iſta, qvæ juxta nominati Domini *Geulingii* hæreſin, ſatis ſunt clara atq; aperta? *Hâc Regulâ* (pergit) *excuſamur à definienda Mente ac Animo noſtro, eorumq; Operationibus. Unde non tenemur definire, qvid ſit affirmare, negare, inferre, ſupponere, accipere, copulare, disjungere, præſcindere* &c. Item, *amare, odiſſe, lætari, triſtari, ſperare, timere* &c. vid. l. c. Aſt enim verò, num hæc omnia, qvæ Vir celebris adduxit, adeò ſint clara atq; perſpicua, ut ab eorum definitionibus, explicationibus, eviſcerationibus & enodationibus prorſus ſit abſtinendum, aliorum eſto judicium? Multa novimus confusè, ſed non diſtinctè. *Si nemo ex me qværat, qvid ſit Tempus*, ita Auguſtinus, Patrum alioqvin oculatiſſimus, *ſcio; ſi alteri explicare velim, neſcio*. Lib. XI. Confeſs. Cap. 14. Animam nos omnes habere, tam certum, qvàm qvod certiſſimum; ſed ecqvis Mortalium, ejus naturam intelligit penitiùs? Veriſſimè Lactantius: *Mentis*, inqvit, *rationem incomprehenſibilem eſſe, qvis neſciat, niſi qvi omninò illam non habet?* de Opif. Dei Cap. 16. Et judicioſiſſimus noſter Scherz. *Mihi omninò certum eſt*, ait, *nulli Mortalium, veram animæ noſtræ naturam, exactè eſſe cognitam*, Nucl. Philoſ. 375. Ut Oculus ſe ipſum non videt; ſic Anima ſe ipſam non cognoſcit. Addo, aliud eſſe τὸ ὅτι, duntaxat noſſe, aliud τὸ διότι. *Solis & Siderum* (ſunt verba plurimùm Rev. Alex. Mori) *contemplatu gaudent, & efficaciam perſentiſcunt, qvotqvot in terris a-*

 *vum*

*vum agitant: Solis incurſus, Lunæ labores, & Siderum varios ortus & occaſus, ii duntaxat, qvi ſunt Mathematicis imbuti diſciplinis, tenent.* Vid. ipſius Diſp. de Script. Sac. p. 189. Et faciamus tandem, Definitionem hujus atq; illius non eſſe neceſſariam, neceſitate exigentiæ, neceſſaria tamen eſſe poteſt, neceſſitate expedientiæ, qvod in præſenti mihi ſufficit. Sed his diutiùs immorari, non vacat. Qvid itaq; eſt Zelus, & qvomodo ejus ſe habet ingenium? A ζέειν, qvod eſt æſtuare, ebullire, fervere (ſieden) ſuos habet natales. Qvocirca Voſſius: *Zelus*, inqvit, *derivatur* ἀπὸ τοῦ ζέειν *à fervendo, qvia eſt qvidam animi fervor, faces ſtimulosq; animo ſubdens, ad honeſtum aliqvod facinus patrandum.* Orat. Inſt. Part. 2. p. 485. Qvin & ipſa Vox ſibilat qvaſi, haut ſecus, ac ſi ferro candenti frigida affunderetur, Jer. 20, 9. Nonnulli ipſum, per affectum ex ira & amore conflatum, definiunt. *Eſt Motus Cordis* (ſunt verba doctiſſimi Theologi Tilem. Heshuſii) *ex Amore & Ira mixtus, accenſus à Spiritu S. qvô vehementer dolemus lædi & obſcurari Gloriam DEI depravari Veritatem cœleſtem, & impediri Eccleſiæ Salutem, & qvantum in nobis eſt, cupimus & gloriam Dei vindicare & laboranti Eccleſiæ ſuccurrere, & ſinceritatem amoris noſtri erga DEum declarare.* Comment. in Pſ. 119. p. 530. Paria his ſiſtit famigeratiſſimus Theol. Anglic. *Thomas Watſon:* Eyffer (ſcribit) iſt ein gewiſſer *Affect* aus Liebe und Zorn zuſammen geſetzet/ welcher machet/daß die Lebens-Geiſter auffſieden. Geiſtr. Schrifft. pag.

pag. 421. Et in parte ſecunda, modò hic fœtus non ſit ſuppoſititius: Eyffer (inqvit) iſt eine vermengte Gemühts-Bewegung / pag. 86. Similiter *Lutherus*: Eyffer iſt eine zornige Liebe / oder freundlicher guter Neyd. Als wenn ich Jemand lieb habe / und ſehe / daß er unrecht thut / iſt mirs von Hertzen leid / werde darüber unwillig und zornig / und ſtraffe ihn / nicht aus Feindſchafft; ſondern aus Liebe. Das heißt denn Eyffer. Das iſt eine zornige Liebe / oder unbarmhertziger Neid oder Zorn. Tom. Altenb. 6. p. 789. Et alio in loco: Eyffer iſt nicht ein böſer Zorn / den die Feinde wider einander haben; ſondern iſt ein Zorn der Liebe / ein freundlicher Väterlicher Zorn / wie die miteinander zürnen / die ſich lieb untereinander haben / welcher Zorn dazu dienet / daß die Liebe hernach deſto hitziger und gantz neu wird. Denn wo ſolcher Zorn nicht zuweilen käme zwiſchen die Liebe / ſo würde die Liebe faul / und der Roſt fräſſe ſie / wie ein Eiſen. Aber der Eyffer feget ſie fein / und machet ſie immer wieder neu / wie auch der Heyde *Terentius* ſagt / daß die Liebe wieder neu wird / ſo oft ſie miteinander zürnen / die einander lieb haben. Drum pflege ich *Zelum* oder Eyffer zu nennen die zornige Liebe. Denn wo die Liebe zürnet / thut ſie keinen Schaden / Tom. 4. Altenb. p. 286. Alii Zelum Virtutem aſſerunt, & hi iterum, in duas diſpeſcuntur Claſſes: Qvidam eum, Virtutem particularem; qvidam, univerſalem ſtatuunt. Pro virtute particulari pugnat B. Bayerus. Vid. Compend. Theol. Moral. P. III. Cap. 4. p. 194. pro univerſali, B. Spenerus. In dem Chriſtenthum (ſcribit ipſe) gibts der allgemeinen Tugenden unterſchiedliche. Dieſer Art iſt der Gehorſam / daß ſich der Menſch dazu ſchicke / insgeſammt in ſeinem Leben / nicht mehr nach ſeinem Willen zu leben; ſondern in allem / nach dem Willen GOttes. Eine ſolche Tugend *NB.* iſt auch der Eyffer in dem

Gu-

Guten / daß man dazu nicht ſäumig / träg und langſam ſey; ſondern einen rechtſchaffenen Ernſt ſpüren laſſe. Lebens-Pflicht. Part. 2. p. 549. Prout, in Circulo Philoſophico, Juſtitia univerſalis, tota eſt Virtus, pro objecto, qvicqvid legibus eſt conforme, habens: Ita qvoq; Zelus, in Campo Theologico, univerſum Virtutum chorum, ambitu ſuô complectitur. Tandem alii, Zelum non tam Virtutem, qvàm gradum ſeu affectionem Virtutis, innuunt. *Zelus*, ita plurimùm R. D. Joh. Adolph. Frohnius, *eſt intenſior gradus amoris, & ardens ſtudium placendi DEO, ejusq; gloriam fervidè promovendi, & dolor propter contumeliam aut contemtum DEI, & conatus, ſuô locô, hunc prohibendi.* Vid. ejus Theol. Definit. p. 573. Nec aliter Aretius, Theol. Bernenſis celeberrimus: *Zelus*, dicit, *Amoris eſt affectio, excitata ſingulari qvodam Spiritu, ad imitationem Virtutis alicujus, aut honeſtatis defenſionem impellens, aliisve modis, ſtudium in rem amatam, declarans.* Vid. Probl. Theol. Part. I. p. 546. Conf. B. Vincentii Placcii Sitten-Artzney-Kunſt. p. 56. Inter Amorem, Dilectionem, & Charitatem aliàs, juxta Scholaſticos, intereſt. Nam Amor competit & Brutis & Hominibus: Dilectio hominibus tantùm. Eſt enim qvaſi electio: Charitas verò eſt gratia, à Spiritu S. infuſa, & datur tantùm in Renatis. Sed nec D. Frohnius, nec Aretius, nec alii, ad tales ſe nunc dimittere voluerunt Criticiſmos. Laxiusculè autem has Notiones, reconditioris ſcientiæ Magiſtris accipi, qvivis, vel me tacente, intelligit; Neq;

inſo-

inſolens in Scriptura, Amorem, pro univerſis ſupponere Virtutibus, Rom. 13,10. Gal. 5,14. Qvâ de causâ B. Domin. Sandhagen: Was die Welt-Weiſen von der allgemeinen Gerechtigkeit haben angegeben / daß ſolche die andern Tugenden in ſich begreiffe / [in margine dicit: Es wird aber auch in heiliger Schrifft die Gerechtigkeit für eine allgemeine Tugend gehalten/ als 1. Joh. 2, 29. Cap. 3, 7. 8. 10.] das meinet das Geſetz / wenn es in den beyden groſſen Geboten/ nur die Liebe erfodert. Wenn das nicht wäre / ſo würde der Apoſtel von dem gantzen Geſetze nicht geſaget haben / daß die Liebe deſſen Fülle ſey/ oder alles das / was es in ſich begreiffet; da ja offenbar iſt/ daß das Geſetz alle Tugenden gebiete / und alle Laſter insgeſam̃t verbiete. Es könten auch der Liebe unmöglich ſolche Wercke zugeleget werden/ welche ſonſt andern Tugenden eigen ſind/ wenn ſie nicht von dem Apoſtel / für eine allgemeine Tugend gehalten wäre / weil er ſpricht: Sie (die Liebe) ſey langmühtig / freundlich ꝛc. 1. Cor. 13, 4. Vid. den wehrten Tod etlicher Heiligen/ pag. 419. ſeq. Conf. Aug. Lib. 5. de Moribus Eccl. Cap. 15. Ut & Viri Magnif. D. Pauli Antonii Diſput. de Diſcrimine Virtutum Moralium & Spiritualium, pag. 104. & 143. ubi egregia, hanc in rem facientia, deprehendes. Similiter excell. Profeſſ. Johann. Sperlette, Philoſoph. moralem, pag. 122. ſeq. In contrarium verò, ſi libuerit, videri poteſt R. P. Joh. Baptiſtæ Goneti Manuale Thomiſtar. Vol. I. p. 735. ſeq. Sed de hoc ſtrictim ſaltuatimq́; Juxta D. Frohn: igitur Aretium & plures alios, Zelus eſt modus ſeu affectio Virtutis, qvorum fundatæ aſſertioni, & ego non illibenter calculum meum adjicio. Qvemadmodum enim Sinceritas, Integritas, Sedulitas &c. non ſunt Virtutes; ſed Virtutum ſaltim modi. Nam Sinceritas nihil admittit alieni; Integritas nihil manci; Sedulitas



Landesbibliothek Oldenburg

nihil moræ; ita qvoq; de Zelo habendum. Fac, Amorem (ampliativè ſumtum) eſſe ſagittam, & Zelus ejusdem erit cuſpis: Fac, Amorem eſſe gladium, & Zelus ejusdem erit mucro: Fac, Amorem eſſe muſtum, & Zelus ejusdem erit ebullitio: Fac, Amorem eſſe Solem, & Zelus ejusdem erit radius: Fac, Amorem eſſe Roſam, & Zelus erit ejusdem Odor; Fac, Amorem in cœlum avolare, & Zeli id alis fieri oportet. Reſina qvaſi eſt, ac Colophonium, absq; qvô nullum emittit ſonum, fidicula. Cunctis ineqvitat Virtutibus, illasq; vivere ac intumeſcere facit, & verbô ut dicam, eſt *Virtutum Omne Valde*, prout Moſes ſcribit: *Diliges Dominum DEum tuum, de omni valde tuo*, Devt. 6, 5. qvod Evangeliſta Lucas ſic exprimit: ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, *ex omni vi, virtute, robore tuô*, Cap. 10, 27. Foſſam ſaltu trajecturus, impetum curſu intendit; ad eundem modum animus ardua atq; victura præſtiturus, Zelô intendatur, neceſſe eſt. Unde etiam *Lutherus*: Ich habe kein beſſer Werck/ ait, denn Zorn und Eyffer. Soll ich wohl tichten/ wohl ſchreiben/ wohl beten/ wohl predigen ꝛc. ſo muß ich zornig ſeyn. Da wird das Geblüt erfriſchet/ der Verſtand geſchärffet/ ja da müſſen weichen alle Anfechtungen/ und alle unluſtige Gedancken. Colloq. Menſ. Cap. II. fol. 146. Qvibus conſona ſunt, qvæ Chryſoſtomus alicubi profert: *Si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec Judicia ſtant, nec Crimina compeſcuntur. Itaq; qvi cum cauſa non iraſcitur, peccat. Patientia enim irrationabilis, vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolùm malos; ſed etiam bonos ad malum invitat.* Cor

itaqve

itaqve actionis eſt Zelus, & calor qvidam ſeu vehementia pietatis; Fermentum, qvod præparat & condit maſſam, ad panificium. Da Zelum, & tantùm aberit, ut res Dei ſegniter ac oſcitanter; ut potiùs cum intenſione Virium, excitatiori ac excellentiori Spiritu, repulſis fortiter difficultatibus & impedimentis qvibuscunq;, non fatiſcentes aut animum deſpondentes, easdem ſimus tractaturi. Qvocircà ſacratiores Scripturæ, Amorem nobis ſiſtunt intenſivum, Cant. 8, 6. 7. Pſ. 42, 1. 2; Odium, adverſus impios, implacabile, Pſ. 139, 22; Iram fervidam, Exod. 32, 19. Pſ. 119, 139; Dolorem amarum atq; profundum, Pſ. 42, 3. Zach. 12, 11. & hujus generis pluſcula. Verùm enim verò hæc explicatè, nunc tandem, ſi libuerit, applicatè. Dixi de Zelo in Theſi, jam de eodem, in Hypotheſi, i. e.

## *De Zelô Miniſtri Eccleſiaſtici,*

dicere aggrediar. Qvod ipſum, ut eò fiat ſuccinctiùs, inſtitutoq; meo accommodatiùs, ſeqventia, eâ, qvâ fieri poteſt, brevitate, percurram. Scilicet, conſiderabo, Zeli Antiſtitis

| | |
|---|---|
| I. *Principium.* | V. *Motiva.* |
| II. *Objectum.* | VI. *Signa.* |
| III. *Modum.* | VII. *Impedimenta.* |
| IV. *Affectionum Cumulum.* | VIII. *Adjumenta.* |

Ecqvod igitur Zeli Miniſtri Eccleſiaſt. eſt *Principium?* DEUS triunus. Nam nullæ ſine Numine

 Vires.

Landesbibliothek Oldenburg

Haut naſcitur nobiſcum ſancta hæc Affectio; ſed deſuper advenit. Qvemadmodùm Dei Sapientia, lumen eſt illuminans, & noſtra, lumen illuminatum; ita Dei Zelus eſt ignis accendens, & noſter, ignis accenſus. Homo eqvidem, qvod non diffitemur, eſt, qvi zelat; ſed qvod zelare poſſit, non habet ex ſe; ſed ex Creatore; non ex naturâ, ſed ex gratiâ. Fervere, noſtrum officium; ſed poſſe fervere, Dei eſt beneficium. Pulchrè Auguſtinus: *Liberè velle, opus naturæ eſt; benè velle, gratiæ; malè velle, corruptionis. Opus pium*, ſunt verba Ruardi, *qvatenus opus, ab arbitrio eſt, qvatenus pium, à ſolâ gratiâ, qvatenus opus pium, ab arbitriô & gratiâ eſt.* Ignis paradiſiacus, per peccatum, in pigrum degeneravit frigus; mortui nunc ſumus Carbones, & igne & ſplendore deſtituti; nec magis Paulus, ejusq; Socii, poſtqvam naufragium, propè Inſulam Melitam fecerant, indiguerunt igne, Act. 28; qvàm nos hodiè indigemus. Aſt unde aliter accipiemus ignem, qvàm ab eo, qvi igne baptizat? Hic & *Luminis eſt Pater*, Jac. 1, 17. & *Fervoris*, 1. Reg. 18, 38. *In Samſonem* irruebat qvondam *Spiritus Domini*, Jud. 14. Idem Apoſtolis, novis iſtis Samſonibus, qvi Dæmones fugare, Monarchas percellere, Philoſophos ad fidem convertere, Idololatris ora obturare, mortuos ad vitam revocare, aliaq; opera prodigioſa patrare debebant, in Feſto Pentecoſt. contigit. Et in hos irruit Spiritus S., Robur iisdem addidit, Animos ſuggeſſit, pectora inflammavit, ut è

Pig-

Pigmæis facti ſint Gigantes, ex Ovibus Leones, ex Carbonibus prunæ vivæ. Hic Spiritus Pyrophorus, etiamnum intentiones Miniſtrorum Eccleſiæ dirigit, eorundemq; affectus, ad ſalutare orbis incendium, cogit inardeſcere. *Ignis à Facie ejus exardet, & Carbones ab eo accenduntur*, juxta Pſalmum 18. Qvare etiam Apoſtolus, ſuum Zelum, *Zelum Dei* it nuncupatum. Ζηλῶ ὑμᾶς, Θεȣ̃ Ζήλῳ, Ambio vos, Dei Zelô, 2. Cor, 11, 2. Dicis: *Et in irregenitis, qvi Spiritu Dei vacant. nonnunqvam Zelus, pro Regno Chriſti, deprehenditur* Reſp. Qvantùm Deus diſtat ab Homine, tantùm etiam Zelus renatorum diſtat, à Zelô irregenitorum. Zelator Virtutum, nunqvam eſt Celator Vitiorum. Ubi Zelus divinus ac ſpiritualis, ibi & anima, in qvâ datur, fit divinior ac ſpiritualior. Ignis, omne, cum qvô unitus eſt, transmutat in ſeipſum. Spiritus S. Ignis eſt cœleſtis. Qvô intimior igitur & plenior ejus, cum homine, eſt conjunctio, eò etiam major hæc exiſtit transmutatio. Vel ex Novitate; vel ex temperamentô ſangvineô; vel ex impetu contentionis, Phil. 1, 15; vel ex alia qvapiam cauſa carnali, in irregenitis exſurgere ſolet fervor. *Sunt qvidam Boanerges*, ait Vir maximè Rever. Joh. Hoornbek, *Filii tonitruum, ferventiores aliis, ex conſtitutione Sangvinis & temperamenti, qvos ſæpè fallit ſuus Zelus. Eſt impetus qvandoq; Choleræ, qvi cum verô Zelô, non commiſcendus.* Theol. Pract. Lib. 8. Cap. 10. p. 126. Ut ut autem hic Zelus duntaxat ſit naturalis ac terreſtris,

non omnimodè tamen, ſi qvid ego ſapiam, eſt rejiciendus, & pedibus qvaſi proculcandus. Jehu (ita cum B. Joh. Wincklero, doctiſſimo qvondam, ac punctiſſimo Theol. Hamb.) erlangte über ſeinen Eyffer dieſen Ruhm von GOtt: Du biſt willig geweſen zu thun/ was mir gefallen/ und haſt gethan/ alles/was in meinem Hertzen war/ 2. Reg. 10, 30. Obwol unter ſolchem Eyffer / Jehu ſeinen eigenen Willen thät / und ſein *Intereſſe* ſuchte; Und ſo wir preyſen müſſen die Sitten-Lehren der Heyden/ ungeachtet ſie im Unglauben geſchrieben ſind; Warum ſolte man nicht einen *Autorem* dafür lieben und loben / daß er Ketzereyen und Aergerniſſe antaſtet/ wie auch im übrigen ſein Hertz vor GOtt ſich befunden? Ich kans nicht loben / daß man an ſeinen Widerſachern das Gute überſiehet/ und nur auf das ſträffliche fällt; und eckelt mir von Hertzen / ſo man *Theologos*, die ihre Zunge im Predigen/ und ihre Feder im Schreiben/ nicht eben vom heiligen Feuer des Altars/ wie Eſaias; ſondern aus der Hitze ihres eigenen Buſens/ anzünden / ſo ſchlechthin verwirfft/ ohne daß man *pretioſum à vili*, und das Gute von dem Böſen unterſcheidet. Zündet nicht alles Feuer die Hertzen / ſo bewahret es doch noch wol als ein Schreck-Feuer die Hertzen; und dienet nicht aller Eyffer zur Erbauung / ſo nützet er vielleicht / einen Schauder für Irrthum und anderm Ubel zu erwecken/ und gewinnet inſofern bey Erleuchteten ſein Lob. Vid. Schutz- und Anrede an den Autorem der Außführlichen Beſchreibung des Unfugs und Weſens der Pietiſten / p. 142. Aſt de Zelô, qvô Myſta irregenitus, hîc & nunc, ex principiis naturalibus fervet, in præſenti, mihi nihil amplius erit negotii. De Igne Præſulis renati ago; atq; hunc eſſe partum Spiritus S. abundè modò demonſtratum eſſe, confido. Qvi dat Velle, in bonis, dat etiam valdè velle. *Faciam*, inqvit,

*ut faciatis*, Ezech. 36, 27. Heb. 13, 21. Verùm, qvomodo Zelum in nobis producit Spiritus S.? Ordinariè per Verbum ſuum, in literas redactum. Ajo *ordinariè*; Nam qvod ad Zelum heroicum attinet, eum absq; Verbô expreſſô, per internum excitat impulſum, de qvô Propheta Micha: *Repletus ſum Virtute, à Spiritu S. Judicióq; & Potentiâ, ad judicandum Jacobo defectionem ipſius, & Iſraëli peccatum ipſius*, Cap. 3, 8. Atq; hic impulſus uſq; adeò eſt validus, ut ei reſiſtendo, impares ſint Thavmandri. *Pellexiſti me, Jehova*, dicit Jeremias, *& pellectus ſum; fortior fuiſti me, & prævaluiſti*, Cap. 20, 7. Qvem non invenuſtè, impetui hominis, vinô victi, comparat: *Sum, ut Vir ebrius, & ſimilis Virô, qvem ſuperat Vinum, propter Jehovam, & propter Verba Sanctitatis ejus*, Cap. 23, 9. Characteres taliter Zelantis, ſunt: 1.) *Animus qvaſi leoninus*, 2.) *Dexteritas, Alacritas & Felicitas ſucceſſuum omnipenetrans*, 3.) *Gloria ab hoſtibus extorta*, 4.) *In præſidium Religionis extremè violatæ collineans*. Vid. B. Danh. Theol. Conſc. Tom. I. pag. 738. Ordinariè autem, ut indicavi, Spiritus S. per Verbum ſuum, pium iſtum operatur Calorem. In hôc, non ſolùm mandat, ut is, qvi Eccleſiæ præeſt, ferveat. Ζήλωσον, inqvit, Apoc. 3, 19. ſed etiam interminatur pœnas, ſecus ſi fecerit, Ezech. 3, 5; Pollicetur itidem præmia, ſi juſſiones ſuas ſtrenuè fuerit executus, Apoc. 2, 10. Qvin &, per illud, animum inflammat & accendit, ut ſermo oralis, tanqvam Fax, ardere incipiat, ob qvam

cau-

Landesbibliothek Oldenburg

cauſam etiam illud *Eloqvium ignitum* dicitur, Pſ. 119, 104. Et væ Cordi, qvod uſq; adeò peccati frigore eſt induratum, ut hôc Igne non emolleſcat!

II.

Tranſeo nunc ad *Objectum*, circa qvod Fervor Præſulis ſacri occupare debet. Atq; id geminum eſt ſ. duplicatum: Γνῶσις Ἀληθείας, & Πράξις Εὐσεβείας, verus de Deo ſenſus, & rectus in eum cultus. Dantur Mala, qvæ, Pliniô teſte, Mala Germanitatis appellantur, ſemper cohærentia, ſemper gemella, nunqvam ſingula in fœtu. Talia Germanitatis Mala ſunt Ἀλήθεια & Εἰλικρίνεια, *Veritas* ac *Sinceritas*, 1. Cor. 5, 8. ſororiô nexu, ac ſpirituali qvôdam Conjugiô, inter ſe copulatæ, ſine maximâ nunqvam ſeparandæ jacturâ. Habent ſe hæc duo, ut duæ Columnæ Templi Salomonis, *Jachin* & *Boatz*, 1. Reg. 7, 21; ſeu, ut duæ Sorores, *Lea* & *Rahel*, de qvibus ex Scriptura notum, qvod *ambæ Domum Israëlis* exſtruxerint. *Nobile profectò Par*, (ita non minùs comptè, qvàm verè, Vir maximè Rev. Joh. Arrowsmith, Doctor qvondam & Profeſſ. Theol. ut & Collegii ſanctæ & individ. Trinit. qvod eſt Cantabrigiæ, Præfectus) *Juſtitia & Veritas, è qvorum unione reſultat Beatitudo Vitæ, in patria demùm conſummanda per Viſionem, qvæ Veritatis Culmen eſt, & dilectionem, qvæ medulla Juſtitiæ. Veritas inſtar lucis eſt, Juſtitia inſtar caloris cæleſtis: Honeſtamentum Veritatis eſt Juſtitia, Juſtitiæ authoramentum Veritas: Aſtruitur per Juſtitiam Veritas, inſtruitur per Veritatem Juſtitia.* Deperditâ Ju-

*ſtitiâ, Veritas plùs qvàm periclitatur; laceſſitâ Veritate, Juſtitia plerumq; læditur. Habent ſe, ut in humano corpore, Stomachus & Cerebrum; ex ægro Cerebro depluitur in Stomachum, è Stomacho valetudinariô fumatur in Cerebrum: Sic, ubi non litatur Juſtitiæ, facilis ad maleſana dogmata, tranſitus fit; prout cernere eſt, in Gnoſticis, qvi, poſtqvam ſe impudicis amplexibus polluiſſent, Venerem ſuam, longè turpiſſimam, eſſe docuerunt* Μυςικὴν Κοινωνίαν, *Myſticam (proh ſcelus!) Communionem; uti monet Clemens Alexandrinus Strom.* Lib. 2. *Ubi verò dogmata paulò coruptiora venditantur, ad mores corruptiſſimos itur facillimè. Ita Pater Antinomorum Johannes Islebius, Oſiandro teſte Centur.*16. *p* 802. *in provecta admodum ætate, homini epicureo, qvàm pio Theologo, ſimilior fuiſſe perhibetur.* Tactica ſacra p.133. Zelandum itaq; Dominici Gregis Paſtori

1.) Pro *Veritate*. Hæc omnis noſtri officii baſis. Ubi enim malè creditur, ibi nec benè vivitur. Qvamprimùm *Himenæus* & *Alexander* Fidei fecerant naufragium, bona Conſcientia illicò erat amiſſa, 1.Tim.1, 19. Finge, nullam dari Reſurrectionem, & qvid ſeqvitur? Ergò *edamus, bibamus, ludamus*, 1.Cor.15,32. Sic Vitæ probitas, erroneis dogmatibus pervertitur atq; eliminatur. Abſit proin mens arundinea, cuncto flatui cedens, Eph.4,19; cuilibet Spiritui credens, 1.Joh.4,1. Panis locô, ne nos ſerpentibus paſcamus, nec pro Ovo lapidem, aut ſcorpium ſeligamus unqvam. Notæ ſunt B. Lutheri Sententiolæ: *Potiùs*

D *ruat*

*ruat Cœlum, qvàm pereat una mica Veritatis:* Et denuò: *Vnus apex Doctrinæ plus valet, qvàm Cœlum & terra:* Ac iterùm: *Non patitur ludum, Fama, Fides, Oculus.* Illibata igitur ſervanda eſt doctrinæ puritas, ne poſt aliqvot annos Eccleſia errorum miretur ariſtas; Qvinimò, ne Bethel, in Bethaven; Vallis benedictionis Berochah, in Beeroth; Putei Bituminis, & ipſa Jeruſalem, in Hakeldama, prodigioſâ metamorphoſi, transformetur. Audiatur, ſi placet, Apoſtolus: *State*, inqvit, *ſuccincti lumbos veſtros, in Veritate,* Eph. 6, 14. *State.* Terga enim Hoſti non ſunt vertenda, nec de fuga, in bello hoc ſpirituali, cogitandum: *Succincti.* Veſtes illæ talares, antiqvitùs uſitatæ, cingulô ſolebant conſtringi, ne vel indecorè diffluerent, vel æqvò demiſſiores, aut opus, aut iter facientibus, eſſent impedimento. Conf. Luc. 12, 35. *Lumbos veſtros.* Petrus addit vocem *Mentis*, 1. Ep. 1, 13. Qvemadmodum autem in navi ſe habet Carina, qvæ totam con- & ſuſtinet; ita lumbi in corporibus noſtris, & ſuperiorum & inferiorum Partium qvodammodò baſis ſunt & fundamentum. *In Veritate.* Scio, per Veritatem, nonnullos hic tantùm Cordis intelligere ſinceritatem, hypocriſi atq; ſimulationi contradiſtinctam, idq; ob verſiculum decimum ſept. in qvo fit mentio verbi, qvod reapſe doctrinæ eſt Veritas. Aſt enim, id tanti non eſt, ut compoſitam ſeu cumulativam, hic ideò dimittere nos oporteat acceptionem. Utraq; Animæ Potentia eſt cingenda, & appetativa & intel-

intellectiva. Illa Sinceritate, hæc doctrinæ Puritate. Warheit (ita noſter Spen:) mag heiſſen die Erkäntniß Göttlicher Warheit/ und wahren Lehre: Oder auch Auffrichtigkeit und Redlichkeit/ daß es keine Heucheley/ mit unſerm Thun ſey/ Eſ. 11, 5. Comment. in Epiſt. ad Eph. pag. 134. Veritas doctrinæ primulùm eſt ponenda, cum aliàs cœci inſtar, in viâ ſalebroſâ & confragoſâ, ſubinde impingere oporteat. Qvi à rectâ deflectit ſemitâ, qvò magis feſtinat, eò magis à ſcopo aberrat: qvantò plus graditur, tantò longinqvius errat: Pariter &, pro verâ, falſam qvi amplectitur Religionem, qvò majore animi fervore accenditur, eò longiùs, ab æterna Salute abducitur. Summa itaq; ſedulitate, Veritatis Depoſitum eſt cuſtodiendum. *Eme Veritatem*, ita Sophorum Princeps, Principumq; pubeſcentium exemplar, *& noli vendere Sapientiam, & Doctrinam, & Intelligentiam*, Prov. 23, 23. Sed ecqvæ juſtificæ ac ſalvificæ Veritatis eſt Regula?

α) *Non Ratio.* Ne Sutor enim, ultra Crepidam. *Qvid paleæ cum tritico?* ita Vates Jeremias 23, 29, & Tertull: *Qvid Athenis cum Hieroſolymis? Qvid Academiæ & Eccleſiæ?* de Præſcr. Cap. 8. Cœca eſt in Myſticis, 1. Cor. 2, 14: 1 Cor. 1, 22: 2. Cor. 10, 5: Col. 2, 8: Matth. 16, 17; Aſt

*Cæcus, agens cæcum, facit ipſum ſternere ſecum.*

Unde pereleganter Nonnemo: *A Natura, ad Myſteria; Ab Oculo, ad Oraculum; A Viſu ad Fidem* N. V. C. Et nonne, ex Rationis abſurdô, Mortuorum

 Reſur-

Landesbibliothek Oldenburg

Reſurrectionem oppugnarunt qvondam Sadducæi? Matth. 22. Certè, qvod cum unius ratione convenit, cum alterius diſconvenit; atq; ſic obtineret illud: *Tu hæreticus mihi, & ego tibi.* Qvin &, ſi Ratio Religionis Chriſtianæ eſſet Norma, eandem ii potiſſimùm amplecterentur, qvi ingenii acumine, & judicii dexteritate, præ aliis excellunt, cujus tamen contrarium, meridies teſtatur experientiæ. *Notum eſt*, ſcribit B. Luth. *cum prædicatur Notitia DEI, & hoc agitur, ut Ratio reſtituatur, tunc, qvi optimi ſunt, & melioris, ut ſic dicam, rationis ac voluntatis, hi tantò acerbiùs Evangelium oderunt.* Comment. in Gen. cap. 3. Adde, Religionem, hôc pactô, fore naturalem, qvæ tamen, majore ſui parte, cumprimis qvoad doctrinam Evangelii, eſt ſupernaturalis. Ut taceam, DEUM ita ultrà ea, qvæ νοῦμεν, capimus atq; intelligimus, nihil qvicqvam facere poſſe, qvod directè contra enunciatum Apoſtoli, Eph. 3, 20. Præclarè admodùm R. P. Joh. Craſſet: Ich widerſpreche (inqvit) meinem eigenen Verſtande und Licht/ und unterwerffe ſie dem Glauben. Ich bin durch die Vernunfft beredt/ daß meine *Religion* nicht Göttlich wäre/ wenn ſie nicht über meine Vernunfft wäre. Ich ſage ohne Scheu/ daß du mein GOtt nicht wäreſt/ wenn du nicht unbegreifflich wäreſt/ und daß mein Hertz dich nicht würde können anbeten/ wenn mein Geiſt dich konte begreiffen/ weil du nicht unendlich wäreſt. Daher unterwerffe ich meinen Geiſt deinem Glauben/ und mein Hertz deinem Geſetz. Ich will inſgemein alles glauben/ was du mir zu glauben anbefiehleſt/ und alles beſtändig verrichten/ was du zu thun befiehleſt. Vid. ejus Chriſtl. Betracht. auf alle Tage des Jahrs/ Part. 1. pag. 1037.

Opp-

θρησκεία eqvidem λογικὴ ſeu cultus rationalis nuncupatur Chriſtiana Religio, Rom. 12, 1; aſt non, eâ de cauſâ, acſi ex ratione exſtructus, vel ad ejus Cynoſuram eſſet compoſitus, ſic enim fieret ἐθελοθρησκεία, Col. 2, 23. ſed qvia non eſt carnalis, ſeu corporalis cultus, qvalis ille Iſraëliticus, ex parte fuit, Hebr. 9, 10; ſed internus ac ſpiritualis, qvomodò *lac rationale*, 1. Pet. 2. 2, dicitur, qvod Cibus eſt, non Corporis; ſed Spiritus. Unde ſic lactatos, *domum ſpiritualem* fieri, ſtatim ibid. v. 5. ſubjicit. Vid. Heideggeri Medull. Theol. Loc. I. § 16. & conf. B. Schertz. Colleg. Anti-Socin. pag. m. 17. ut & B. Qvenſtedii Theol. Didactico-Polem. p. 38. ſeqq.

β) *Non Eccleſia.* Hanc nunqvam non crepare ſolent Papiſtæ; ſed ipſis, ne neſcias, Eccleſia nihil aliud eſt, qvàm Voluntas atq; Opinio, Spiritu mundi tumentis Pontificis Romani. Solus hic ſapit, reliqvi autem volitant, velut umbræ. Aſt dum cogitat ipſe, errare ſe non poſſe, maximè errat. Ich weiß / (en verba Theologi acutiſſimi, Thomæ Adami!) es iſt ein Menſch auf Erden / und von der Erden / (daß ich nicht mehr ſage) der ſich einbildet / er könne nicht irren. Laſſet es ihn beweiſen / gebet ihm eine Zeit *ad exhibendum*, ſo mag er alsdenn aus Mangel der Zeugen ſchreiben: *Teſte me ipſo*, wie die Könige thun. Wir bezeugen von uns ſelber / u. ſ. w. Ja / er mag ſeine Cardinäle / *Fratres* und Jeſuiten fragen. Dieſes iſt nach dem Sprichwort: Frage die Kinder / ob der Vater ein Dieb iſt? Er kan aber nicht irren in ſeinem *definitivo* oder Urtheil von der *Religion*. Alsdenn / wie es ſcheinet / hat er einen andern Geiſt in ſeiner Verſamlung / und einen andern daheim; Und es kan etlicher maſſen von ihm geſaget werden / was *Saluſtius* ehemals von dem *Cicerone* geſagt:

ſagt: *Aliud ſtans, aliud ſedens, de Rep. loqvitur.* Vid. ejus Geiſtl. Schrifft. Part. I. p. 549. *Adime huic ſummo Controverſiarum (ſi Diis placet) Judici, Pſeudhermenias trium metaphorarum, Petri, Clavis, Paſtoris: Tolle ſophiſmata, opinionem indeficibilitatis erroneam, præſcriptionem longi temporis, qvid erit & qvis? Id & is, qvod eſt Turcarum Muphti, Homo ſcilicet, ibi natus, ubi errari ſolet.* Danh. Diſp. de Probat. Spirit. pag. 23. Fac autem, per Eccleſiam, cœtum, ut par eſt, Fidelium, aut Communionem, intelligi Sanctorum, ne ſic qvidem, pro fidei regulâ infallibili, eſt agnoſcenda. Nam teſtimonium ipſius eſt ſaltim humanum, incertum, non primum, non ſummum, non perpetuum &c. Veriſſimè Lombardus: *Eccleſia per ſurreptionem & ignorantiam interdum judicat. DEus autem ſemper judicat ſecundum Veritatem.* Lib. 4. Diſt. 18. lit. F. Deo proin credere, non verò in Oraculis hominum ſtupere, fas eſt. Ais: *Sed Eccleſia, ab Apoſtolo, dicitur* στύλος & ἑδραίωμα *Veritatis*, 1. Tim. 3, 17. *Ergò Veritatem fulcit atq; ſtatuminat.* Reſp. Comparatur Columnæ, non in tertio ſuſtentationis; ſed, in tertio publicationis, h. e. publicat ſaltim Veritatem, non autem eandem fulcit atq; ſtatuminat. Vox στύλος ſenſum habet politicum; Vox ἑδραίωμα bibliothecarium. Scilicet, Eccleſia eſt depoſitaria, qvæ libros teſtamentarios fideliter adſervat, & deinde illos oſtendit, atq; filiis ſuis, de eorundem excellentiâ teſtatur, idqve ex mandatô divinô, Devt. 6. Conf. eruditiſſimi Theol. Alex. Mori

Cau-

Cauſam Dei, pag. 21. ſeq. ubi egregia, hanc in rem, deprehendes.

γ) *Non Traditiones.* In Papatu univerſa, cum Deo, habentur communia. Gratiæ adjungunt libertatem Voluntatis: Merito Chriſti apponunt propria merita: Deo à latere collocant Angelos & Sanctos; & Verbo ſcripto, aſſuunt Traditiones non-ſcriptas. *Aſſerimus nos,* ita Bellarminus, *non expreßè in Scripturis contineri totam doctrinam neceſſariam, ſive de Fide, ſive de Moribus,* Lib. 4. de Verbo non-ſcripto, Cap. 30. Sect. 1. Et Tridentini: *Traditiones non-ſcriptas, qvi ſciens aut prudens contempſerit, anathema ſit!* de Canonicis Scripturis. Aſt enim, ſi in numerum harum Veritatum (ut Morus loqvi amat) non-ſcriptarum, inqviras, nemo eundem exprimere determinareve audet. Qvâ de causâ noſter Meyfartus: Fraget man von der Zahl (inqvit) der *Traditionen* / wie viel ſolcher ſeyn? Keiner will antworten / und zehlen doch etliche unter den *Tradition* folgende Stücke: 1. Das Meßopffer. 2. Die Anruffung der Heiligen. 3. Die Ohrenbeicht/in welcher alle und jede Sünde muß an das Kerbholtz geſchnitten werden. 4. Die Andacht des Prieſters/ohne welche die Sacramenten nichts ſeyn. 5. Die Weyhung des Oels. 6. Des Saltzes. 6. Des Weyrauchs. 8. Der Altäre. 9. Der Glocken. 10. Der Fackeln. 11. Der Wachskertzen. 12. Der Kuchen. 13. Die Gnugthuung für die Sünde. 14. Den Ablaß. 15. Das Faſten. 16. Die Walfahrten zu den Bildern. 17. Den Ehe-loſen Stand der Prieſter. 18. Das Gebet für die Erſtorbene. 19. Den Primat oder Hoheit des Peters und Pabſts. 20. Das Sacrament des Ordens. 21. Der Firmelung. 22. Der Ehe. 23. Der letzten Oelung. 24. Der Buſſe. 25. Das

Feg-

Landesbibliothek Oldenburg

Fegfeuer. 26. Die Anbetung der geſegneten Hoſtien. 27. Die Vorburg in der Höllen für die Väter und Kinder. 28. Die Verehrung der Knochen und Beine/ Röcke/ Schuh/ Haare/ Lumpen. 29. Die Regel der München. 30. Das Fronleichnams-Feſt. 31. Die Kräuter. 32. Die Roſenkräntze. 33. Die Fahnen. 34. Die Palmen. 35. Die Palm-Eſel. 36. Der *Canon* der Meſſen/ und dergleichen andere Dinge. Vide ipſius Chriſtl. Erinnerung von den aus den Evangeliſchen hohen Schulen/ in Teutſchland/ an manchem Ort/ entwichenen Ordnungen und ehrbaren Sitten/ pag. 89. Sed ecqvæ ratio, dic ſodes, cur DEUS alia ſcribi, alia ore tradi voluerit? Inviditne fortaſsè humano generi, plenariam voluntatis ſuæ, perpetuis literarum monumentis conſignationem? aut num illud fixiùs ſtatuit, atq; conſtantiùs, qvod vagis hominum rumoribus, circumgeſtatur, & aëreo fluxu, ad ſera Nepotum ſecula derivatur, qvàm qvod fideliter in literas, ab Amanuenſibus, eſt redactum? Teneatur hîc unicus ille Aphoriſmus Apoſtolicus: *Diſcatis ſupra id, qvod ſcriptum eſt, non ſapere*, 1. Cor. 4, 6, & adjungatur, ſi placuerit, claſſicus ille, & verè aureus, ejusdem Apoſtoli, locus: *Tu maneto in iis, qvæ didiciſti, & qvæ tibi concredita ſunt, ſciens, à qvô didiceris: qvia ab infantia ſacras ſcripturas noſti, qvæ te poſſunt ſapientem reddere, ad Salutem, per Fidem, qvæ eſt in Chriſto JEſu. Omnis enim Scriptura divinitùs eſt inſpirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, qvæ eſt in Juſtitia, ut perfectus ſit homo DEI, ad omne opus bonum perfectè inſtructus*, 2. Tim. 3, 14. Qvot hîc Vocabula, tot penè adverſus plantas,

à Deo

Landesbibliothek Oldenburg

à DEO non plantatas, i. e. Traditiones non-ſcriptas, dantur Argumenta. Vix autem Lac lacti ſimilius eſt, qvàm Traditiones Pontificiæ, Judaicis ſunt. Vide Heideggeri Exercit. Bibl. Diſſertat. V. de Perfectione S. Scripturæ, p. 82. ſeqq. Conf. Andr. Hen. Bucholtz Tract. Daß nur ein einiges Wort / neinlich die H. Schrifft/GOttes Wort; die *Tradition* aber durchaus nicht GOttes Wort.

δ) *Non Patres*. Lumina ſunt ii, non Numina; Fidei Doctores, non autem fidei Moderatores; Nec univerſi conjunctim, nec ſinguli ſejunctim, ab errandi periculô, extitêre immunes. Qvapropter & ipſi, infallibilitatis privilegium, ſibi derogarunt exertim. Ego, ita Auguſt. ad Hieron. *fateor charitati tuæ, ſolis illis Scripturarum libris, qvi jam Canonici appellantur, didici hunc honorem, timoremq; deferre, ut nullum eorum autorem, ſcribendô aliqvid erraſſe, firmiſſimè credam. Ac ſi aliqvid in eis offendero literis, qvod videatur contrarium Veritati, nihil aliud, qvàm vel mendoſum eſſe Codicem, vel Interpretem non aſſecutum eſſe, qvod dictum eſt, vel minimè intellexiſſe, non ambigam. Alios autem ita lego, ut qvantâlibet ſanctitate doctrinâq; præpolleant, non ideò verum putem, qvi ipſi ita ſenſerunt; ſed qvia mihi, vel per illos Autores Canonicos, vel probabili ratione, qvod à verô non abhorreant, perſvadere potuerunt. Nec te, mi Frater, aliqvid aliter ſentire exiſtimo. Prorſus, inqvam, non te arbitror, ſic legi tuos libros velle, tanqvam Prophetarum & Apoſtolorum, de qvorum ſcriptis, qvod omni errore careant, dubitare ne-*



Landesbibliothek Oldenburg

*ſarium eſt.* Epiſt. 19. ad Hier. Plura, hâc de re, qvi deſiderat, adeat Joh. Dallæum, de uſu Patrum: Andr. Riveti Catholicum Orthodox. Tom. I. Qvæſt. XI. p. 118. ſeqq. Phil. Mornæum, de Sacra Eychariſtia, Præfat. pag. 48. ſeq. Pet. Molinæi Novit. Papiſmi, pag. 172. Schertz. Anti-Bellarm. p. 46. ſeq. J. Reinhardi Hermenevt. ſacri, pag. 189. ſeqq. Præfation. der nochmaligen unveränderlichen und gründlichen Haupt-Vertheidigung der Augſpurgiſchen *Confeſſion.*

ε) *Non Antiqvitas.* Qvod de naturali Senectute dici ſvevit, id de Senectute Eccleſiæ qvandoq; affirmatur juſtiſſimè. Videlicet: *Ipſa Senectus Morbus.* Novi, multas res, ob Antiqvitatem, haut rarò commendari. Sic *Veritas* commendatur, ob Antiqvitatem: *Interrogate de ſemitis antiqvis, qvænam ſit via bona, & ambulate, per eam,* Jer. 6, 16. Similiter *Vinum: Nemo. qvi biberit vetus, ſtatim vult novum: Dicit enim, vetus, utilius eſt,* Luc. 5, 39: Ita etiam *Hæreditas: Abſit mihi à Jehova,* inqviebat, ſuô tempore, Nabothus, ad Achabum, mancipium iſtud mulieris, *ut cedam poſſeſſionem Majorum meorum tibi,* Reg. 21, 3 At enim verò, ſi Antiqvitas cum veritate & bonitate non eſt conjuncta, tantò eſt peſtilentior ac deteſtabilior. Qvò diutiùs hæretica pravitas, aut peſſima perduravit conſvetudo, eò gravior coràm DEO, eſt abominatio. Idcircò Chriſtus Antiqvis ſe opponit, & dicit: *Audiſtis, dictum fuiſſe antiqvis, ego verò dico vobis,* Matth. 5, 21. *Numqvid non veſtra,* ita Eſaias, *hæc eſt, qvæ gloriabatur, à diebus priſtinis, in antiqvitate ſuâ?* Cap. 23, 7. Scitè B. Danh: *Non ſemper doctrina ſana, cana eſt, nec cana, ſana. Doctrina*

Landesbibliothek Oldenburg

*ctrina de JEſu Nazareno Meſſia ſana fuit; tempore tamen, qvô natus eſt, cana non fuit: Ita doctrina, de libello repudii, cana fuit, non tamen ſana.* Diſput. de Probat. Spirit. pag. 24. Conf. D. Bebelii Antiqvit. Evang. & Judaic. pag. 213. D. Joh. Chriſt. Becmanni Diſp. de Prærogat. Cap. I. num. 17. pag. 21. M. Joh. Jac. Becks Lutherthum vor Luthero, p. 412. ſeqq. D. Balth. Meiſn. de Eccleſia, p. 834. ſeqq. D. Mart. Chemn. Orat. de Lect. Patrum.

(ʕ) *Non Univerſalitas.* Multi ſic ſunt comparati: Qvod major Pars credit, idem & ipſi credunt; & prout major pars vivit, ita & ipſi vivunt; ſed numerus neminem defendit. Tempore Noæ, univerſus mundus ſuam perverterat viam, ſolus Noah cum ſuis, coram Domino, invenit gratiam. Et nonne ad efformandum Vitulum, omnes conſenſerant Israëlitæ? Qvadringenti falſi Prophetæ, expeditionem contra Syros, ſvaſerunt Achabo, unicus Micha, eandem ivit diſſvaſum, 1. Reg. 22. Pilatus, cum ex populo Israëlitico, qvid cum JEſu Nazareno ſibi faciendum? qværeret, à cunctis id accipiebat reſponſi: *Crucifige! Crucifige!* Matth. 27, 22. De Simone Mago ſacra refert pagina, *omnes* eum attendiſſe, *à minimo, uſq; ad maximum*, Act. 8, 10. Et per Johannem, Spiritus S. in Apocalypſi eſt vaticinatus, *omnes terræ incolas, beſtiam eſſe adoraturos*. Cap. 13, 8. Ex qvô oppidò fit manifeſtum, totô illos errare cœlô, qvi Veritatem ex multitudine metiuntur. O! *Pii*, in hoc mundô ſunt *ſigna qvaſi & oſtenta*; paucitas, ipſos reddit monſtroſos, Jeſ. 8, 18. Præſtat tamen, cum paucis ſalvari,

 qvàm

Landesbibliothek Oldenburg

qvàm cum myriadibus damnari. Aſt nunc tandem, qvænam ſalvificæ Veritatis, infallibilis ſit Norma, paucis intimandum.

*n*) Eſt *Sacra Scriptura Canonica* (*Canonica* dico, ne qvis hic Gretſerus, Canem Tobiæ, abblandientem in medium producat) *tàm V. qvàm N. T.* Hæc, teſte Baſiliô, Γνώμων eſt τῆς ἀληθείας: Canon Fidei ac Vitæ. Non partialis; Partialis enim Canon, eſt Non-Canon, & regula, æqvô brevior, nec adæqvata ſuo objecto, regula dici non meretur. Ex re & verô B. Danh: *Norma partialis,* ait, *eſt contradictio, nam norma, naturâ ſuâ, eſt qvid totale ac indiviſibile. Ulnæ qvidem,* (ſic pergit) *ut ligno, aliqvid poteſt addi; ſed non ut ulnæ, aliàs ſi ultra menſuram extendas, aut decurtes, ulna eſſe deſinet. Dices, Scripturæ V. T. additam fuiſſe, Scripturam N. T. adeòq; normam partialem, partiali.* Reſp. *Eſt ita. Ut enim ratione loci ulnæ variant in materia, idq; ex inſtitutô Principum, ita ratione temporum, ſe Scriptura mutavit, & ex tantillâ facta eſt tanta, idq; ex inſtitutô DEI, cujus ſolius eſt apponere, ſuo verbo: ſed inde non efficitur, Scripturam V. T. ideò fuiſſe normam partialem, uti nec ulna ideò non eſt totalis, qvia ſæpè materiæ ulnæ aliqvid additur: nec eſſentia hominis creſcit, creſcente homine: neq; anima, in homine aucto, anteà partialis ſolùm fuit.* Idea boni Diſput. & mal. Soph p. 342 ſeq. Qvemadmodùm DEus perfectus; ſic & Verbum ejus eſt perfectum. *Lex Domini eſt perfecta*, ait David, Pſ. 19, 8. & Paulus: *Scriptura perfectum facit hominem DEI,*

2.Tim.3,17. Qvid autem addi poteſt perfecto? aut qvæ eſt perfectio, ubi deeſt neceſſarium? Nec præter unicum DEum, alios Deos, nec præter unicam Scripruram, alias ſcripturas habere, fas eſt. *Ne addite ad Verbum illud, qvod ego præcipio vobis, neq; detrahite de eô, ut ſervetis Præcepta Jehovæ DEI veſtri, qvæ ego præcipio vobis.* Devt.4,2. Hinc Tertull: *Adoro Scripturæ Plenitudinem.* Malè cedit ei, hunc Canonem, qvi non ſeqvitur, Eſ.8,20; Benè autem, qvi ſeqvitur: *Pax erit ſuper eum, & Miſericordia,* Gal.5,16. Solô hôc gladiô, adverſus Archi-Sophiſtam Diabolum, in eremô, ſe fuit tuitus Inſtaurator generis humani: *Scriptum eſt!* dixit; atq; iterùm *ſcriptum eſt,* qvin & tertiò *ſcriptum eſt,* Matth.4. Ex qvo patenter (ut in tranſitu id admiſceam) dignoſcitur, hoſtem illum veteranum, picturam Chriſti, non reformidare, ut ſtatuunt Pontificii, ſed ſacram Scripturam; non ſignum Crucis, ſed verbum Crucis. Qvantô itaq; fervore, pro hac Veritatis acropoli, pugnare debent Eccleſiæ Proceres? Athenienſibus qvondam formula erat Juramenti, in qvam omnes, certô tempore, jurare debebant Cives. In eâ formulâ, & hæc honeſtiſſima habebatur ſententia, ſine dubio, à primis & verè piis Patribus, per manus tradita: *Pugnabo pro Sacris, & ſolus, & ſimul cum aliis.* Phil. Melancht. in Epiſt. nuncupat. ad Illuſtriſs. Princ. Philippum, Landgravium Haſſiæ, Commentario, in Epiſt. ad Rom. præfixâ. Si Ethnicus ſic fuit zelatus; qvid qvæſo, homini Chriſtiano faciendum?



Landesbibliothek Oldenburg

dum? *Apud Polonos olim*, prout Dn. Hoornbeek, ex Regenvolſcii Hiſt. Eccl. Slavon. Lib. I. recenſet, *mos fuit, ut Sacerdote legente Evangelium, Nobiles, qvi adſtabant, gladios ſuos mediotenùs ſtringerent, promptam Evangelii & Religionis Chriſtianæ, armis ſuis defenſionem, hoc ritu, teſtati; eosq; reconderent, qvando Chorus reſpondebat: Gloria tibi Domine.* Vid. Theol. Pract. Lib. 8. Cap 10. Num Religio Chriſtiana, armis corporalibus ſit defendenda, in præſenti non diſcutio. Ad fervorem duntaxat, qvô hæc Natio, pro re ſacrâ, fuit inflammata, præciſis tamen imperfectionibus, oculos meos flecto. Ubi & illud commodè (arbitror) ſuccurrit, qvod Johannes ait, *ſe animas eorum vidiſſe, ſub altari* (i. e. coram Throno Dei, Cap. 7, 9.) *qvi mactati fuerant, propter Verbum DEI, & propter teſtimonium, qvod tuebantur*, Apoc. 6, 9. 10. Ecce! uſq; adeò zelantur pii, ut & ſangvine ſuô, Veritatem cœleſtem obſignare, non dubitent. Poſtqvam autem *Verbum Domini*, nil aliud continet, niſi *Verbum Dominum.* Nam, *Summa Theologiæ*, dicam cum maximè Rev. Dom. Boys, *eſt Scriptura; Summa Scripturæ, Evangelium; Summa Evangelii*, Βίβλος Γενέσεως; *Summa Summarum, JEſus Chriſtus, Filius David, Filius Abraham; Ille primus, ille poſtremus: Alpha Legis, Omega Evangelii: Principium* Γενέσεως, Ἀποκαλύψεως, *Amen; Velatus in veteri Teſtamentô, revelatus in novô; in illô prædictus, in iſtô prædicatus.* Stern und Kern aller Epiſt. und Evang. p. 75. ſeq. ita & pro eodem, maximus & intenſiſſimus

fervor

Landesbibliothek Oldenburg

ſervor eſt adhibendus. *Non decreveram*, ait Vir propiore Numine tactus, *qvicqvam ſcire inter vos, niſi CHriſtum*, (Chriſtum DEI, & Chriſtum DEUM, Chriſtum den Geſalbten GOttes/ und den geſalbten GOTT) *eumq́; crucifixum*, 1. Cor. 2. Non aliud, poſt illum, non aliud, cum illo, non aliud, pro illo.

*Bonum mihi, diligere*
*JESUM, nil ultrà qværere,*
*Mihi prorſus deficere,*
*Ut illi qveam vivere.*
* * *
*Tu Mentis Delectatio,*
*Amoris Conſummatio,*
*Tu mea Gloriatio,*
*JESU, Mundi Salvatio.*

Atq; profectò benè qvidem. Nam absq; Chriſti cognitione, omnis noſtra ſapientia eſt ſtultitia, omnisq; juſtitia peccatum; Ut proin haut cunctanter admiſerim, veriſſimè ac meritiſſimè Hebræorum Satrapis objeciſſe Caipham: *Vos neſcitis qvicqvam*, Joh. 11, 49. Utiqve enim nihil noverant, qvi JESUM Veritatem ignorabant.

*Qvi JESUM noſcit, ſapit, etſi cætera neſcit;*
*Qvi JESUM neſcit, nil ſcit, ſi cætera noſcit.*

Pro hoc itaqve Salvatore, ut cuilibet; ita præprimis Viro eccleſiaſtico, nunqvam, non ardentiſſimè, & in Cathedra, & extra Cathedram, zelandum. Nam Centrum atq; Medulla, ut dixi, eſt Scripturæ, & Genus generaliſſimum, omnis felicitatis. Qvæſtio hîc tangitur brevibus: *Num Eccleſiæ Antiſtes, pro iis ſaltim,*

*tim, qvæ* ῥητῶς, *ac formaliter, in ſacro Codice extant, ſervere debeat, ſeu, num etiam ei, pro iſtis zelandum, qvæ per facilem, evidentem & neceſſariam Conſeqventiam, ex eodem fluunt atq; promanant?* Scio eqvidem, eſſe, Syllabas qvi aucupentur religioſiùs, ac totidem Verbis ſcriptum poſtulent contentiſſimè; aſt præter omnem ſanam rationem. Qvi enim ſeminavit principium, ſeminavit ſimul, omnes, ei involutas Conſeqventias, ab intellectu evolvendas. Si dicis *bis qvinq;* non dicis *decem*; ſi tamen ex *bis qvinq; decem* colligis, rectè facis. Chriſtus Reſurrectionem mortuorum, adverſus Saducæos, ex his verbis, ubi Pater cœleſtis dicit: *Ego ſum DEus Abraham, & DEus Iſaac, & DEus Jacob*, Exod. 3, 6, demonſtrat. Uſus itaq; eſt Conſeqventiis. Qvod ipſum, & Apoſtolus fecit, dum ex Chriſti reſurrectione, noſtram, 1. Cor. 15, 19 deducit. Plura exempla B. noſter Schertz. in ſuo Anti-Bellarm. pag 22. allegavit, qvi conſulendus. Verè Theologi: *Qvædam in Scriptura dicuntur, qvæ non ſunt*, ut Mendacia, Gen. 3, 4: Act. 5, 1. 2: Joh. 8, 48: *Qvædam nec ſunt, nec dicuntur*, ut Transſubſtantiatio, Purgatorium, Oecumenicatus Monarchalis Pontificis Romani: *Qvædam ſunt, & dicuntur*, ut Chriſtus eſt, ex ſemine David: *Qvædam ſunt, & non dicuntur*, ut Spiritus S. procedit à Filio: datur peccatum originale: Chriſtus pro omnibus in univerſum hominibus ſatisfecit: Infantes ſunt baptizandi: Mulieribus ſacra Evchariſtia eſt porrigenda, & hujuscemodi alia. Conf. plur. Rev.

Georg.

Landesbibliothek Oldenburg

Georg. Mœbii Theologiam Canon. pag. 16. ſeqq. *Formam ſanorum Verborum* (ὑποτύπωσιν τῶν ὑγιαινόντων λόγων) cum & Apoſtolus, ſuo commendet Timotheo, 2. Ep. 1, 13, & pro hac, calere debet pervigil Paſtor! Intelligitur autem, per hanc ſanorum verborum formam, non ſolùm ipſa doctrina; ſed etiam phraſis & modus proponendi, Viris Dei uſitatus. Vid. Balduini Comm. in h. l. ut adeò, nec qvoad ipſam dicendi & loqvendi rationem, veræ fidei Adverſariis, temerè qvid ſit concedendum. Bis egregiè Auguſtinus: *Liberis Verbis*, ait, *loqvuntur Philoſophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis, offenſionem religioſarum aurium pertimeſcunt. Nobis autem, ad certam regulam loqvi, fas eſt, ne Verborum licentia, etiam de rebus, qvæ hic ſignificantur, impiam gignat opinionem*, Lib. X. de Civ. Dei Cap. 23. Ad qvæ Verba Ludovicus Vives: *Qvaſi*, inqvit, *ex religione & pietate eſt, certô genere uti verborum.* Neq; aliter Paræus: *Sæpe qvidem* (ſcribit) *ſub diverſis verbis, idem tenetur ſenſus. Attamen, qvi novas phraſes, terminos, definitiones rerum excogitant, plerumq; etiam nova dogmata moliuntur. Nolunt enim loqvi cum aliis, ut ſuprà alios ſapere videantur.* In 1. Cor. 1, 10. Lingva Canaanis uti debet, qvi de Canaane loqvi amat. Inter Aram & Haram; Siboleth & Schiboleth; Homouſion & Homoiuſion, qvantùm non datur diſcriminis? Vocum vel Phraſium immutationes qvandoq; Vaccæ ſunt iſtæ, qvæ arcam Dei qvaſſant, 2. Sam. 6, 6; corrumpunt fidei dogmata, & diſrumpunt

 chari-

Landesbibliothek Oldenburg

charitatis vincula. Qvapropter Apoſtolus ad Corinthios: *Precor vos, Fratres, per nomen Domini noſtri JEſu Chriſti, ut idem loqvamini omnes, & non ſint inter vos diſsidia; ſed ſitis coagmentati, eadem mente & ſententiâ*, 1. Ep. 1, 10. *Via eſt bona, qvæ tutiſsima, & Vox bona, qvæ uſitatiſsima.* Objicis: *In Eccleſia multi habentur termini, de qvibus Sacra Scriptura nihil novit, utpote terminus Trinitatis, Homouſii, Eſſentiæ, Perſonæ, Sacramenti &c.* Reſp. 1. Res antiqva novum duntaxat nomen accepit. 2. Neceſſitas illas extorſit voces, ſubdola enim, & in utramq; partem verſatilis Adverſariorum ambiguitas, aliter evitari non potuit. Unde Ambroſius de Verbo ὁμοούσιος: *Hoc Verbum Fidei*, inqvit, *poſuerunt Patres, qvia viderunt, Adverſariis eſſe formidini, ut tanqvam evaginatô, ab ipſis, gladiô, ipſorum nefandæ hæreſi, caput amputarent*, Lib. 3. de Fide. Cap. 7. Et B. Lutherus: Da gieng es ihnen (ſcribit) an das Hertze / daß CHriſtus ὁμοούσιος ſey mit dem Vater / das iſt / daß CHriſtus mit dem Vater gleich / und einerley Gottheit habe / da konten ſie kein Loch finden. Tom. 7. Jen. Germ. p. 257. Sed de his, ut autumo, plus ſatis. Qvemadmodùm autem olim populus Judaicus, in ædificanda urbe, alterâ manu incumbebat operi; alterâ verò gladium tenebat, Nehem. 4, 17; Et velut Medicus prudens, non tantùm confortantia & digerentia; ſed etiam purgantia adhibet medicamenta, qvibus noxios humores educat tempeſtivè; ſic etiam Miniſter Eccleſiæ, ſi velit eſſe ἄρτιος ſeu *integer*, 2.

Tim.

Tim. 3, 17, non ſaltim Veritatem propugnare; ſed etiam falſitatem, h. e. hæreticam pravitatem, oppugnare debet. Priùs tantùm qvi facit, neglectò poſteriori, ſimilis eſt Judæo, qvi in diebus Paſchatos, panem fermentatum, non comedebat qvidem, ex domò tamen ſuâ, eundem non emovebat, ac ejiciebat. Ein Prediger / ita ſignificatiſſimè Lutherus, derſelbe muß nicht allein weyden / das iſt / den Schaaffen Chriſti das Evangelium rein predigen / und ſie daraus unterweiſen / wie ſie rechte Chriſten ſollen ſeyn / ſondern er muß auch daneben den Wölffen wehren / daß ſie die Schaaffe nicht angreiffen / Irꝛthum einführen / und mit falſcher Lehre verführen / wie denn der Teufel nicht ruhet. Nu findet man jetzund viel Leute / die wohl leiden mögen / daß man das Evangelium predige / doch / daß man nicht wider die Wölffe ſchreye. Aber / wenn ich ſchon recht predige / und die Schaaffe wohl weyde und lehre / iſt dennoch nicht recht der Schaaffe gehütet / und ſie verwahret / daß die Wölffe nicht kommen / und ſie wieder davon führen. Denn was iſt das gebauet / daß ich Steine außwerffe / und ſehe einem andern zu / der ſie wieder einwirfft? Der Wolff kan wol leiden / daß die Schaaffe gute Weyde haben / er hat ſie deſto lieber / daß ſie feiſt ſind: aber das kan er nicht leiden / daß die Hunde feindlich bellen. Darum iſt es ein groß Ding / wer es zu Hertzen nim̃t / daß einer recht weyde / wie es GOtt befohlen hat! Es muß beydes beyſammeu ſeyn / wie auch Paulus Tit. 1. lehret: Ein Geiſtlicher / ſpricht er / ſoll ob dem Wort halten / das gewiß iſt / und lehren kan / auff daß er mächtig ſey / zu ermahnen / durch die heilſame Lehre / und zu ſtraffen die Widerſprecher / Tom. 2. Jenenſ. fol. 392. Falſi Doctores 1.) *ſeducunt. Sunt multi refractarii*, ait Paulus, *& vaniloqvi, & mentium deceptores, maximè ii, qvi ſunt ex Circumciſione, qvibus oportet os obturare:*

 qvi

*qvi totas domos ſubvertunt, docentes, qvæ non oportet, turpis lucri gratiâ*, Tit. 1, 10. 11. In Epiſtola ad Timotheum ſcribit: *Spiritus* (propheticus, ſeu Spiritus in Apoſtolo Paulo, & aliis ejus ſimilibus Prophetis) *diſertè dicit*, (planè, expreſsè, ſine ænigmate) *fore, ut in poſterioribus temporibus* (h. e. ſecuturis) *deſciſcant qvidam, à fide* (doctrinâ fidei, ſemel ſuſceptâ) *attendentes Spiritibus deceptoribus*, (i e. ſpiritibus falſorum Prophetarum, in erroremq; inducentium) *ac Doctrinis Dæmoniorum*, (ſcilicet, per falſos prophetas loqventium) 1. Ep. 4, 1. Ac alibi: *Hymenæus & Philetus, circa Veritatem aberrarunt, à ſcopo*, (naufragium Fidei Chriſtianæ fecerunt) *dicentes, reſurrectionem, jam eſſe factam*, (recuperatio Vitæ ſpiritualis, ipſis, ea, qvam Deus nobis, è ſepulchro promiſit, erat reſurrectio;) *& ſubvertunt qvorundam Fidem*, (nam ſublatâ carnis reſurrectione, totum Chriſtianæ Religionis ædificium corruit.) Symphona prodit Apoſtolorum primus: *Fuerunt*, inqvit, *& Pſeudo Prophetæ, in populô, ut etiam inter vos erunt falſi Doctores, qvi ſubintroducent hæreſes perditionis* (animam perdentes,) *etiam Dominum, qvi illos mercatus eſt, abnegantes, accerſentes ſibi ipſis, celerem perniciem*, 2 Epiſt. 2, 11. Atq; ſic ſeducunt illi, in qvorum ore eſt Spiritus mendax, animas Hominum; Verùm, non ſeducunt ſaltim; ſed & 2.) *penitùs perdunt.* Idcircô comparantur 1.) *Furibus ac Latronibus. Qvotqvot ante me fuerunt*, ait Salvator, nomen ſc. magni Paſtoris, i. e. Meſſiæ, ſibi arrogan-

tes,

tes, *Fures ſunt atq́; Latrones. Fur autem non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat oves*, Joh. 10, 8 10. 2.) *Canibus. Cavete Canes*, Phil. 3, 2. Canes ſunt, Fidei Subverſores, dogmatumq; falſorum Fabricatores, non ſimpliciter tales; ſed ingeniô valentes. *Diabolus enim*, loqvar cum Domino D. Bakio, *excitaturus hæreſin, non tardi alicujus ingenii operâ utitur*; Er nimt keinen Dorff-Küſter dazu. Expoſit. Evang. Dom. in 8. p. Trin. Canes porrò, non tam Corpus, qvàm Animam vulnerantes; Canes non temporaliter tantùm; ſed & æternaliter, qvietem noſtram turbantes. 3.) *Lupis. Cavete vobis* (niſi enim in tempore caveas, in æternitate careas) *à Pſeudo Prophetis*, (hi ſunt iſti Ψευδοδιδάσκαλοι, 2. Pet. 2, 1. falſi Prædicatores, & adulteri Evangelizatores) *qui veniunt* (non miſſi, Jer. 23. Ultrò currentes autem Pſeudo-Apoſtoli, ut ingenioſè loqvitur Beſoldus, nihil qvàm apoſtaticas extruunt Eccleſias. Vid. Axiom. Philoſoph. Theol. p. 72) *ad vos, in Veſtimentis Ovium*; (qvemadmodùm olim Gobaonitæ, ad Iſraëlitas, veniebant, cum detritis veſtibus, panibus duris, vacuis lagenis; & dicebant ad Joſuam: De terra longinqva venimus, pacem vobiſcum facere cupimus, Cap. 10.) *ſed intrinſecùs ſunt Lupi rapaces* (Habitu Oves, aſtu Vulpes, actu & crudelitate Lupi. Bernh. Serm. 66. in Cant. juxta πολυθρύλλητον:

*Pelle ſub agninâ, latitat, mens ſæpè lupina.* Et
*Impia, ſub dulci melle, venena latent.*)

Qvô ſimili & Apoſtolus Paulus fuit uſus. *Ego hoc*



*novi*,

*novi*, (verba ſunt Pauli ad Presbyteros Eccleſiæ Epheſinæ) *poſt diſceſſum meum, lupos graves, non parcentes gregi, ingreſſuros eſſe in vos; Et ex vobis ipſis exorituros, qvi loqvuntur perverſa, ut Diſcipulos poſt ſe abſtrahant; Ideò vigilate!* Act. 20, 29 30. 4.) *Serpentibus*, beſtiolis iſtis venenatis, & præ aliis aſtutis. *Serpentes, Progenies Viperarum, qvomodò effugere poteſtis, Judicium Gehennæ?* Matth. 23, 33. 5.) *Vulpibus*. *Capite nobis Vulpes parvulas, qvæ demoliuntur Vineas. Nam Vinea noſtra floruit*, Cant. 2, 15. Liceat hanc praræreſin, brevi Commentatiunculâ illuſtrare: *Capite*, ita Dominus; ſed ad qvos pertinet hæc juſſio? Non ad Sponſam. Iſtam enim, non in numero multitudinis; ſed tantùm in numero unitatis, alloqvi aſſolet Dominus. Nec ad Angelos. Nam in toto Cantico, ad hos nulla dirigitur ſermocinatio. Nec ad Magiſtratum. Fuit ſiqvidem tempus, in qvo extiterunt Vulpes, & tamen non extitit Magiſtratus: Sed ad Antiſtites Eccleſiæ, qvi aliô nomine Vigiles, ac Vineæ Cuſtodes, dicuntur. Qvid autem his nunc injungitur? Vulpes parvulas debent capere. Per Vulpes, intelligendi ſunt falſi Prophetæ. *Qvaſi Vulpes in deſertô, Prophetæ tui, Iſraël, erant*, ita Ezech. 13, 4. Adjecta legitur Vox *parvulas*. Nam ea eſt Vis cujuslibet heterodoxi fermenti, ut, *modicum licet ſit, totam*, enunciante Paulô, *repentè maſſam inficiat*, 1. Cor. 5, 6. Ariana, ut conſtat inter omnes, hæreſis, nonne ab unico duntaxat Jota, eſt exorſa? Beatus igitur, qvi principiis obſtat, & par-

Landesbibliothek Oldenburg

& parvulos allidit ad Petram. Latrunculos, qvi excluſerit, à Latronibus aget ſecurus. Vulpes parvulas capere debent Miniſtri Eccleſiæ, hoc eſt, *Contradicentes* ἐπιςομίζειν, *redarguere*, ſeu injectâ qvaſi ori fiſcellâ, compeſcere, Tit. 1, 9. & *malos non ferre*, Apoc. 2, 2. Idqve ideò, ne Vineam vaſtent, ſeu Eccleſiam deſtruant atq; corrumpant. Tandem 6.) Hæretici etiam componuntur *Joabo*, 2. Reg. 20, qvi dixit ad *Amaſam: Salve, mi Frater, & tenuit manu dexterâ mentum Amaſæ, qvaſi oſculans eum.* Ecce fraudulentiam! *Dum autem Amaſa non obſervaret Gladium Joabi, percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina ejus, & mortuus eſt.* Ecce violentiam! Pariter & ſub ſacratis verbis, gladios vulnificos ingerunt Hæretici. Utinam igitur nunc omnes, qvi gregi Dominico præſunt, & operationibus divinis vacant, hoc qvicqvid eſt juſſi cœleſtis, ſolerti curâ, ſagaciq; exeqvantur ſollicitudine. Qvàm impigrè, ab Ovili, feras, ſuô tempore, arcuit Jacob? Et nonne tales Animarum puderet Daduchos, qvi adventanti lupo, Doctoribus mendacii, & Hoſtibus veritatis, ſe non opponerent ſatagentiùs? Æq; facilè per falſam doctrinam, qvàm per improbam ac ſceleratam vitam, procul qvis excludi poteſt, à promiſſi limine Cœli. Ut qvondam mors temporalis, in ollâ; ita mors æternalis, in illâ. Aliàs falſi Prophetæ, non poſſent dici lupi rapaces. *Inanes Chriſti*, prout Apoſtolus affirmativè enunciat, *erant facti Galatæ, & à gratiâ exciderant, dum per legem juſtificationem indipiſci volebant*, Gal. 5, 4; Et ſecundùm

Jo-

Landesbibliothek Oldenburg

Johannem, *qvi Filium* (per falſam doctrinam) *negat, is & nec Patrem habet cœleſtem*, 1. Epiſt. 2, 32. Conf. D. Spener. Viri, multijugâ eruditione pariter, ac probitate ſingulari conſpicui, Scriptum, cujus Titulus: Die Evangeliſche Lebens-Pflichten / in Dom. 8. p. Trin. pag. 229. ſeqq. Carnis fructus ſunt hæreſes, Gal. 5, 20, & radix æternæ damnationis, 2. Pet. 2, 2. (Corripit namq; flamma vorax, qvem non corrigit doctrina verax:) Zizania, infelix lolium, herbæ erraticæ, ſentes, qvin & meretrices, falsâ & fucatâ ſpecie illicientes: Graſſantur, ut gangræna, 2. Tim. 2, 16, & ad inſtar peſtis, halitu ipsô inficiunt. Qvare etiam Apoſtoli rogant, ut abſcindantur ii, qvi rectè ſentientes excitant, & adverſus doctrinam Chriſti, rebelles qvaſi faciunt, Gal. 5, 12. Permittit Dominus eas, *ad ſuos probandos*, 1. Cor. 11, 9, & *ad Veritatem ventilandam.* Cos enim ſunt Eccleſiæ; Prout Tyranni patientiam, ſic Hæretici Eccleſiæ exercent ſapientiam. *Cum qvæſtio eſt mota*, ſcribit Auguſt. *diſcendi exiſtit occaſio.* Aſt hæc fuſiùs dilatare, nunc eqvidem non vacat. Cave itaqve, ô Homo Dei, ab omnibus Veritatis ſalvificæ Vitiatoribus; cave & fuge; fuge & fuga. Æqvum eſt, ut *Adam* à ſerpente ſibi caveat; Æqvum, ut *Loth* cum ſuis, ex Sodoma, ſe proripiat; Æqvum, ut *Abraham* muſcas, à ſacrificio abigat. Zelare, & ad tuæ fidei commiſſos, ſubinde clama: *Nolite omni Spiritui credere; ſed probate Spiritus, an ex DEO ſint, qvoniam multi Pſeudo Prophetæ in mundum exierunt*, 1. Joh. 4, 1. Item: *Ne ſimus ampliùs pueri,*

qvi

*qui fluctuemus, & circumferamur qvôvis ventô doctrinæ, in hominum aleâ, veteratoriâ, ad inſidioſè fallendum, verſutiâ,* Eph. 4, 14. Pro *Helena,* qvoties, dic ſodes, certatum? Aſt ecce! *incomparabiliter,* teſte Auguſt: *pulchrior eſt Veritas Chriſtianorum, qvàm Helena Græcorum.* Qvare ergò tantum incendii, in ſcintillâ, cum merum, in tantô igne, ſit frigus? Cœcitas! verùm qvid cœcitas? furor eſt! id ultrò temerèq; disperdere, qvod omnibus votis ambiunt pii. Caleat itaqve Myſta, pro Veritate; aſt non pro Veritate tantùm; ſed &

2.) Pro *Sanctitate.* Hieroſolyma *Vrbs* qvondam erat *Veritatis,* & *Mons Sanctitatis,* Zach. 8, 3. Primò ponitur Veritas, & tunc ſubnectitur Sanctitas. Sanctitas abſq; Veritate, eſt Umbra ſine corpore, & arbor ſine radice: Veritas autem abſq; Sanctitate, eſt alvearium ſine favo, nubes ſine aqvâ, & organum ſine ſpiritu. *Sociniani,* notitiam, à praxi, tanqvam minùs neceſſariam religionis partem, ſeparant; *Libertini* autem, è contrariò & *Hypocritæ,* Praxin, à notitia divellunt. Verùm utrumq; malè. *Si hæc noveritis,* ait Salvator noſter mellitiſſimus, *beati eſtis, qvando feceritis iſta,* Joh. 13, 17. Et Apoſtolus ipſius: *Si habeam Prophetiam, & noverim myſteria omnia, omnemq; Scientiam: & ſi habeam totam fidem* (miraculoſam,) *adeò, ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum,* (nihil in eſſe gratiæ, utut aliqvid, in eſſe naturæ) 1. Cor. 13, 2. Haut torpeſcat itaq; Miniſter Ec-

 cleſiæ

cleſiæ, in excitandis ſuis Auditoribus, ad ſtrenuum infucatæ pietatis exercitium, & accuratiorem interioris hominis culturam. O qvid Scientia ſine Conſcientia? qvid pulchri conceptus, ſi non adſint pii affectus? Et num ebrietas, ſuperbia, avaritia &c. juſtior eſt, qvàm Hæreſis? Verba Scripturæ non ſunt intelligenda; ſed vivenda; Et ſi credimus, qvod ſcriptum, vivere qvoq; nos oportet, uti ſcriptum. Non *disjunctivè*; ſed *conjunctivè* Chriſtus eſt *Via, Veritas & Vita*, Joh. 14, 6, *Via*, ut verba Leonis magni, mea faciam, *converſationis ſanctæ*; *Veritas doctrinæ divinæ*; *Vita beatitudinis ſempiternæ*. Serm. 2. de Reſurr. Dom. Conf. Chriſt. Nifanii, S. S. Theol. Licent. & Senat. Eccl. Ravensb. Conſil. ac Superint. Comment. in Ev. Joh. pag. 749. ſeqq. Juſtificatio & Sanctificatio alioqvi, in multis, ut ſatis inter omnes conſtat, diſcriminantur. Nam *illa* ſpectat reatum peccati; hæc illius maculam: Juſtificatio conſiſtit in remiſſione peccatorum, Rom. 4, 7. 8; Sanctificatio autem, in exuitione veteris, & induitione novi hominis, ſeu, ut aliis utar vocibus, in renovatione hominis ad imaginem Dei: Juſtificatio eſt extra nos; Eſt enim actus Dei immanens. Vid. der Jeniſ. Theologen außführl. Erklärung: pag. 584. ſeq. Sanctificatio autem eſt intra nos, & importat realem qvandam atq; intrinſecam, in homine renato ſeu converſo, mutationem. Vid. B. Beyeri Compend. Theol. poſ. in Art. de Ren. §. 2. p. 767. In Juſtificatione homo duntaxat ſe habet paſſivè. *Solus* enim *DEus eſt, qvi juſtifica-*

*ficat impium*, Rom. 4, 5. In renovatione autem, per acceptas à Deo vires, etiam ipſe ſimul agit, *hoſtiam ſanctam DEO offerens*, Rom. 12, 12; *membra mortificans*, Rom. 8, 13. Col. 3, 5. *novum hominem, qvotidiè induens*, Eph. 4, 34; & *in novitate vitæ ambulans*, Rom. 6, 4. Juſtificatio fit ſimul. Particula namq; ἔτι, *adhuc*, Apoc. 22, 11, non incrementum; ſed continuationem atq; perſeverantiam ſignificat. Meiſn. Anthrop. S. Dec. 3. Diſp. 24. de Juſtif. Qvæſt. 3. p. 152: Sanctificatio autem fit gradatim ac ſucceſſivè. *De die, in diem*, (ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ) augetur, 2. Cor. 4, 16. Leg. D. Crocii Anti-Becanus, Tom. 2. p. 704. Juſtificatio eſt perfecta. Indulgentiam enim peccatorum, non dimidiat Deus; ſed *totum remittit debitum*, Matth. 18, 27, *omnia peccata*, Pſ. 103. Sanctificatio aurem in hâc vita eſt imperfecta. Auch in den trineſten/ iſt noch etwas von Adams-Koth / πηλὸς Ἀδάμου, ingeniosè dicit ὁ δεῖνα; *relinqvitur*, ut è Scripturis conſtat, *peccatum in juſtificatis*; *habitat in illis*; *affectat imperium*; *captivat illos, miſeros reddit, adverſus Spiritum concupiſcit*, Rom. 6. & 7. Gal. 5. Conſul. Hodoſ. Danh. Phænom. p. 697. Tandem, Juſtificatio antevolat ſeu antecedit, & Sanctificatio ſubſeqvitur. Priùs namqve *Chriſtus* dicitur *Juſtitia*, & poſteà *Sanctificatio*, 1. Cor. 1, 30. Unde etiam tritum iſtud: *Bona opera non præcedunt juſtificandum; ſed ſeqvuntur juſtificatum*. Nec eſt, qvod opponas, Paulum *Sanctificationem præmittere*, qvando ait: *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, juſtificati eſtis*, 1. Cor. 6, 11. Reſp. Et 1. Cor. 10, 16, præ-



Landesbibliothek Oldenburg

mittitur *poculum pani*; 2. Cor. 13, 13, *Gratia J. C. Amori Patris*; Matth. 22, 21, *debitum Cæſari ſolvendum, debito DEI*; Marc. 1, 5, *Baptiſmum Johannis, ejus Prædicationi pœnitentiæ.* Ex qvo apparet, qvod à nudo verborum ordine, in Scriptura ſacra, ad rem & dogmata, non firma necti poſſit conſeqventia. D. Mœbii Canon Theologi, p. 132. Apoſtolus hoc ſaltim vult innuere: *Ablutione baptiſmali, utramq; gratiam*, Vos Corinthii, *eſtis conſecuti, & ſanctificationem & juſtificationem*; de ordine autem, hic Vir divinus, non fuit ſollicitus. Sed de his ſatis. Tametſi igitur, ut concludam, Juſtificatio & Sanctificatio diſtincta ſint beneficia, & multis modis, inter ſe diſcrepent, ſeparari tamen, à ſe mutuò, non poſſunt, nec debent. Nam ei *Chriſtus* non erit *Juſtitia* & *Redemtio*, cui non fuerit *Sapientia* & *Sanctificatio*, 1. Cor. 1, 30. Qvâ de causâ etiam S. Apoſtolus, poſtqvam Juſtificationis doctrinam, in 3, 4 & 5to Epiſtolæ ad Romanos abſolverat, confeſtim Sanctificationem Cap. 6. & ſeqq. tradere aggreditur. Caveant proin ii, qvi in Eccleſia docendi partibus defunguntur, ut non ſeparent, qvæ Deus conjunxit, nec, abjectâ periculosâ meritorum fiduciâ, ſententias bonorum operum contemtrices admittant. Qvemadmodùm in ſecundò Articulò, Symboli Apoſtolici, credimus, in Chriſtum liberantem; ita in tertiò, credimus in Spiritum ſanctificantem. Ergò ſic zelandum, pro Juſtificatione, ut Sanctificatio non omittatur; & ſic urgenda Sanctifica-

ficatio, ut non negligatur Juſtificatio. Salubre profectò Conſilium, qvod hâc ſuper re, pius qvondam Jure-Conſ. J. Brunnem. ſuppeditat. *Si frigidi*, inqvit, *ſunt Paſtores, vel tepidi, in ſtudiô pietatis urgendô, licet aliàs in diſputationibus ferveant, ut ſæpè contingit, Magiſtratûs officium erit, commonefacere ſuos Paſtores, ut ſtudium pietatis non negligant, ut hæc vel illa vitia irrepentia freqventiùs deſcribant, & dehortentur Auditores fideliſſimè*. Tract. de Jure Eccl. Lib. I. Cap. 6. Memb. I. §. 15. pag. 106. Ac iterùm §. 26. p. 118: *Injungendum eſt id ordinandis, ut præcipuum officii caput, ut conciones & homilias ſuas, ad pietatis ſtudium dirigant, omnibus phraſibus, qvibus ſcandalum præbere poſſint, abſtineant, & ad doctrinæ puritatem, ac morum probitatem, Auditores ſuos aſſiduè adhortentur*. Rotundè Apoſtolus: *Sine ſanctimoniâ, nemo videbit Deum*, Hebr. 12, 14. Nam *beati ſunt tantùm puri corde*, Matt. 5, 8. Qvin & *omnis, qvi hanc ſpem habet, ut Deum aliqvando velit videre, is ſanctificat ſeipſum, ut ipſe ſanctus eſt*, 1. Joh. 3, 3. Dei causâ (ob materiæ argumentum, hæc aliqvantulùm liceat presſiùs ſiſtere) ſanctitati ferventer inſiſtendum. Qvàm ſeverè enim Is illam non mandat? *Sancti eſtote*, ait, *nam ego ſanctus ſum*, Lev. 11, 44. Et Apoſtolus clamitat: *Hæc eſt Voluntas DEI, Veſtra Sanctificatio, ut abſtineatis à malis operibus, & faciatis bona*, 1. Theſſ. 4, 3. Chriſtus qvoq; ideò eſt mortuus, *ut poſthac, non ſerviamus peccato; ſed cum eo conſurgentes, in novitate vitæ ambulemus*, Rom. 6, 2. 2. Cor. 5, 15. 17. Eph. 5, 27. Tit. 2, 14.



Landesbibliothek Oldenburg

Et nonne, in hunc qvoq; finem, Spiritus S. nos regenerat, ut *Spiritu incedamus?* Gal. 5,35; &, *ut peccatis mortui, vivamus juſtitiæ?* Noſtri causâ etiam ſtudere debemus Sanctitati. Partim, ut reddamur certi, nos eſſe regeneratos: *Qvi agit benè, ex DEO eſt,* Joh. 3,11: Nos eſſe juſtificatos: *Ex operibus juſtificatur* (i.e. juſtus declaratur) *homo,* Jac. 2,24: Nos eſſe electos: *Studete Vocationem & Electionem veſtram, firmam efficere,* (non apud Deum; ſed apud vosmetipſos & proximum veſtrum.) Aſt qvomodò? *Qvando fidei noſtræ adjicimus Virtutem, Virtuti verò Scientiam; Scientiæ Temperantiam; Temperantiæ verò Tolerantiam; Tolerantiæ Pietatem; Pietati animum, in Fratres propenſum; animo verò in Fratres propenſo, charitatem,* 2. Ep. Petr. 1, v. 10. & 5, 6. 7; Partim, ut fidem noſtram vivam eſſe declaremus. *Fides enim, ſi opera non habeat, mortua eſt per ſe,* Jac. 2,17. Nam, *ſicut Corpus absq; ſpiritu,* (i.e. absq; reſpiratione) *mortuum eſt; ita & fides illa, qvæ eſt absq; operibus, mortua eſt,* verſ. 26. Deniq; & Proximi causâ, Virtutum exercitamentis, attentiſſimè invigilandum. Ut eundem non ſcandalizemus. *Eſtote ſine offendiculô, & Judæis & Græcis,* 1. Cor. 10,32; ſed potiùs noſtrô exemplô ipſum ædificemus. *Splendeat Lux veſtra, coram hominibus, ut videant veſtra bona opera, glorificentq; Patrem illum veſtrum, qvi eſt in Cœlis,* Matth. 5,16. Conf. 1. Petr. 2,12. Cap. 3,1.2. 1. Cor. 10, 33. Plura ὁρμητήρια, Sanctitatem vehementer flagitantia, in præſenti adducere ſuperſedebo. Aſt qvid?

Non-

Landesbibliothek Oldenburg

Nonne ſtudium pietatis penitùs evertitur, & via qvaſi ad Epicureiſmum, in ſecuris, ſternitur, qvando Theologi Lutherani, in pulpitô, hunc in modum, perorant: Es iſt mit unſerm Thun verlohrn / verdienen nichts / denn eitel Zorn: *Evangelium non reqvirit bona opera: In omni opere bono peccat Juſtus* &c. Ad ſingula paucis reſpondebo: Bona Opera non merentur iram, in qvantum ſunt bona; ſed in qvantum ſunt imperfecta. *Maledictus* enim pronunciatur *omnis, qvi non permanet, in omnibus, qvæ ſcripta ſunt, in Lege*, Gal, 3, 10: Abſit, & iterum abſit, & tertiò, abſit, ut nos bona opera, in ſe, ſecundùm propriam formam, in ſenſu compoſitô, reduplicativè, & qvatenùs ſunt bona, damnemus! *Falsò accuſantur noſtri*, (utor verbis Aug. Confeſs.) *qvod bona opera prohibeant. Nam Scripta eorum, qvæ extant, de decem præceptis, & alia ſimili argumento, teſtantur, qvod utiliter docuerint, de omnibus vitæ generibus, & officiis, qvæ genera vitæ, qvæ opera, in qvalibet vocatione, DEO placeant.* Art. 20. Conf. Art. 6. Unde etiam, vel ipſe Bellarminus: *Adverſarii*, inqvit, *in eo conveniunt, ut* (qvod) *bona opera ſint neceſſaria, ad ſalutem, neceſſitate præſentiæ, cujus propoſitionis hic ſenſus eſt, ut* (qvod) *bona opera fieri debeant, qvoniam alioqvi fides, non eſſet viva, nec vera, qvomodò ignis non eſt ignis, niſi calefaciat*, &c. Lib. 7. de Juſtific. Cap. 7. Opinionem duntaxat meriti, & fiduciam juſtitiæ, ac ſalutis, qvæ collocatur, in opere, damnamus atq; rejicimus. Mentem noſtram, his & talibus, ſiſtimus expreſſiùs:

Nichts

Nichts hilfft uns die Gerechtigkeit/
Die vom Geſetz herrühret/
Wer ſich im eignen Werck erfreut/
Wird jämmerlich verführet:
Des HERRN Jeſu Werck allein/
Das machts/ daß ich kan ſeelig ſeyn/
Weil ich feſt an Jhn glaube.

Scilicet, non noſter ſudor; ſed ſangvis Chriſti, æternam nobis promeritus eſt Salutem. Inſtas: *Verba tamen ſunt dura ac aſpera.* Reſp. Sed nonne & hæc Paulina, ſunt dura ac aſpera: *Qvotqvot ex operibus Legis ſunt, ſub execratione ſunt?* Gal. 3, 10. Si qvis jam inepti-re, & ſeqvens, ex illis, eruere vellet enthymema: *Si opera Legis afferunt execrationem; Ergò iis non ſtudendum; Ergò iis nulla navanda opera.* Numne talis placeret illatio? Sed nolo huic rei prolixiùs immorari. Ad ſecundum dico: *Per Evangelium utiq; DEus non exigit bona opera:* Nam Evangelii Summa hæc eſt: *Crede in Dominum JEſum Chriſtum, & ſalvaberis,* Act. 16, 31. Ex hoc autem non licitum eſt inferre: Ergò nec DEUS ab iis, qvi Evangelio credunt, bona opera expoſcit. Utut enim id non faciat, per evangelium, facit tamen per legem. Vid. D. Joh. Mülleri Lutherum defenſum, Cap. 333. p. 335. ſeqq. Qvod ad tertium attinet, *Juſtus, in omni opere bono, dicitur peccare,* propter adhærentem defectum. Omnis enim, in hac vita perfectio, imperfectum qviddam ſibi annexum habet; omnisq; noſtra veri proſpicientia, caligine non caret. In rem, pl. Rever. D. *Pfeifferus:* Wir glau-



Landesbibliothek Oldenburg

ben ja wohl/ ſcribit, aber es laufft Unglaube mit unter/ alſo daß wir beten müſſen: Ich glaube/ HErr/ aber hilff meinem Unglauben/ Marc. 9, 24. Wir haben offt einen guten Vorſatz/ aber es fehlet uns leyder/ am Nachſatz. Wollen haben wir/ aber das Vollbringen finden wir nicht/ Rom. 7, 8; der Geiſt iſt willig/ aber das Fleiſch iſt ſchwach/ Matth. 26, 41; Wir hören Gottes Wort zwar an/ allein es laufft immer ein Verdruß und Uberdruß mit unter/ oder wir werden ſchläfferig/ wie der *Eutychus* unter *Pauli* Predigt/ Act. 20, 9: Wir lieben zwar GOtt/ aber das Hertz hänget doch an den Zeitlichen/ und wird/ wenn wir das laſſen ſollen/ betrübt/ Matth. 19, 22: Wir thun ja den Dürfftigen gutes/ allein es findet ſich dennoch eine heimliche *Reflexion* und geiſtliche Hoffart dabey: Sehens und lobens auch die Leute? In Summa/ es iſt mit unſerm Thun eitel Stückwerck/ und findet JEſus Chriſtus/ an allen unſern Wercken genug aus ſeinen Gnaden-Schätzen zu erſetzen. Vid. der wolbewährte Evangel. Augapffel/ pag. 1085. Qvod fixiùs attentiùsq; ſecum perpendens Hugo, in hæc erupit verba: *Mala mea purè mala ſunt, & mea ſunt: Bona autem mea, nec purè bona ſunt, nec mea.* Fideles *arbor ſunt bona, bonos ferens fructus,* Matth. 7, 17, *nec malos fructus facere poſſunt,* ibid. verſ. 18, ſed nec perfectè bona arbor ſunt, nec perfectè bonos fructus ferunt. Hæc *Imperfectio* autem, nonne formaliter eſt ἀνομία? 1. Joh. 3, 4. Qvocircà etiam *omnes noſtræ Juſtitiæ* coram DEO, *ſunt ſicut pannus menſtruatæ,* Eſ. 64, 10. In qvem textum piè & graviter Bernh: *Cernere,* inqvit, *eſt, qvàm ſit juſtitia illa ſublimis, qvàm ſicut montes DEI Propheta eſſe miratur. Noſtra enim, ſi qva humilis eſt juſtitia, recta forſitan; ſed non pura: Niſi for-*

*tè meliores nos eſſe credimus, qvàm Patres noſtros, qvi non minùs veraciter, qvàm humiliter ajebant: Omnes juſtitiæ noſtræ, tanqvàm pannus menſtruatæ mulieris? Qvomodò enim pura Juſtita, ubi adhuc non poteſt culpa deeſſe?* Serm. V. de Verbis Eſa. 64, 6. Sed de his jam ſatis dictum. Ad reliqva progredior. Expoſui hactenus, Zeli Miniſtri eccleſiaſtici *Principium* & *Objectum*, reſtat, ut & nunc ejus contemplemur

III.

*Modum.* Non in factô laus eſt, ſed in modô, qvô res fit. Hinc iſtud, ut arbitror Lutheri: *Adverbia apud DEUM prævalent verbis*, i. e. Modus agendi, qvi per Adverbia deſignatur, plus facit ad laudem vel labem agentis, qvàm ipſa actio, qvæ verbô exprimitur. Sicut enim in naturalibus forma decentior eſt atq; præſtantior materiâ; ita & in moralibus, plùs commendatur modus, qvàm ipſum factum. Inſignitè noſter Danh: *Bona*, inqvit, *benè agito. Non ſatis* (addit) *juſta agere, niſi & juſtè. Bonum æſtimatur ex integrâ causâ, malum ex qvovis defectu. Parùm refert, ſcopum etiam rectiſſimum proponere, niſi rectam qvoq; lineam & viam, qvæ eò ducat, elegeris, qvæ ſi prava fuerit aut obliqva, totus actus cum Autore dehoneſtabitur.* Jacob. Reg. Angl. p. 131. Gut meynen / macht offt Weinen / ſcribit Lutherus Tom. 6. Jen. ad Pſalm. 101. Vid. D. Reinck. Lib. 2. Bibl. Polit. Axiom. 65. p. 166. Huc uſq; Danh. Tom. 1. Theol. Conſc. p. 262. Qvomodò itaq; Zelus Levitæ Chriſtiani, ſeu Scribæ, verè evangelici, debet eſſe comparatus? Sit

 1.) *Illu-*

Landesbibliothek Oldenburg

1.) *Illuminatus.* Ne ſit cœcus ſagittarius, ut Lamech, qvi cum (ſi Hebræorum traditioni fides adhibenda) intenderet ſagittare feram, Cainum ſagittavit, & occidit. Nil prodeſt habere Zelum Dei, & non habere ſcientiam Dei. Es kan der Teufel / ita exqviſitè, ardentioris fidei Theologus, *Rich. Baxter*, ohne Zweifel eines Menſchen Eyfer ſehr hitzig machen / wenn er denſelben von wahrer Erkäntniß entblöſſet findet / (gleichwie er mit *Jacobo* und *Johanne* thät / da ſie Feuer vom Himmel bitten wollten / aber nicht wuſten / weſſen Geiſtes Kinder ſie waren.) Denn der beklägliche Zuſtand der Kirchen Chriſti / hat wider alle Einrede heutiges Tages bewieſen / daß niemand des Teufels Wercke kräfftiger thue / und dem Reiche Chriſti frecher widerſtehe / denn diejenigen / welche den gröſſeſten Eifer / mit dem geringſten Verſtande oder Urtheil haben. Und gleichwie das Feuer ſehr herrlich und nöthig iſt / auf dem Heerde / ärger aber / wie der fauleſte Koht / im Dache iſt; alſo iſt der Eifer fürtrefflicher / wenn derſelbe durch ein gutes Urtheil regiret wird; aber verderblicher als eitele Fleiſchlichkeit / weñ man demſelben ſeinen Lauff läſſet / und verführet wird. Vid. Rechte Art und Weiſe eines ruhigen Gewiſſens / pag. 466. De *Judæis* Apoſtolus fatetur, qvod *Zelum Dei habuerint*; ſed addit, *hunc Zelum non fuiſſe ſecundùm ſcientiam*, Rom. 10, 2. Et de ſemetipſo affirmat, *qvod in Phariſaiſmo adhuc conſtitutus, magnô Zelô, vias Chriſtianæ Religionis fuerit perſecutus*, Act. 22, 3. 4. Phil. 3, 6. Similis hic Zelus eſt *igni fatuo*, qvi ventò agitatus, decliviora loca petit, & viatores, à rectâ viâ, in præcipitia ducit; ſeu *Dæmoni* potiùs, *qvi obſeſſum, modò in aqvam, modò in ignem præcipitabat*, Matth. 17, 15. Qvò vehementiùs irruit, eò graviùs cor-



Landesbibliothek Oldenburg

corruit. Satagentiùs itaqve caveat Miniſter Eccleſiæ,

α) *Ne in qvenqvam incaleſcat, qvem peccaſſe, certò non intelligat.* Wie? Ita pl. rev. Joh. Fiſcher / ſoll man ein beiſſend Pflaſter auf die Wunde legen / da man noch nicht weiß / daß ſie faul iſt? oder jemand einen Stein ſchneiden / da er mit dem Ubel nicht geqvälet wird? Vid. Chriſtl. Hertz-bewegende Betr. p. 490. Suſpicacitati ex charitate aditus eſt præcludendus, nec ſignis rerumq; incertis judiciis nimiùm tribuendum, ut, ſi qvis v. g. ex titubatione, & caſu, ebrietatem illicô vellet concludere. Sic Hannam, uti ex 1. Sam. 1, 14. 15. patet, vinolentiæ arceſſebat Eli, à qvô vitiô tamen aberat ipſa longiſſimè. Unde & is, qvi priùs fuerat objurgator, poſteà fiebat interceſſor. Exqviſitè Danh: *Nec poſſunt*, inqvit, *nec debent publicè argui, qvæ adhuc ſunt ſecreta, inconvicta, inconfeſſa, dubia, ſeu in facto, ſeu in jure, ſeu in ſtatu conjecturali, ſeu definitivo, ut Rhetores loqvuntur, fortè ex anilibus fabulis hauſta, à circumforaneis & ſubroſtrariis hominibus narrata, inq; cœcum alarma exitura, cum nihil faciendum conſcientiâ dubiâ; ſed illuminandâ priùs, per privatas communicationes*, Theol. Conſ. T. 1. p. 1025. Annuit Syracides, dum ita monet: *Priusqvam interroges*, (i. e. anteqvam rem certô exploraveris) *ne vituperes qvenqvam, & cum interrogaveris, corripe juſtè*, Cap. XI, 7. Adſit proin, in Zelatore, peccati cognitio. Sed qvæ, ais, reqviritur? Id eqvidem, non tàm meis, qvàm Viri longè celeberrimi *Gisbert. Voëtii* exprimam

mam verbis: *Reqviritur*, inqvit, *aut notoreitas facti; qvæ ordinariò habetur, vel per proprium ſenſum noſtrum*, Lev. 5, 1. Devt. 21, 7. & *huc refer* 1. Tim. 5, 20; *Vel per ipſius peccantis confeſſionem*, Joſ. 7: *aut ſaltem moralis certitudo, ex relatione teſtium, fide dignorum*, 1. Cor. 1, 5. 1. Tim. 5, 19: *aut probabilitas, ex communi & conſtante fama, qvæ ſi non fundet correptionem, in forma, ſaltem ſimplicem admonitionem & collationem, aut ſuggeſtionem conſilii fraterni, qvomodò ſe expedire poſſit, à periculô illô, ſi qvod ſit; aut à ſpecie mali, ſi qvæ per imprudentiam data ſit, aut ſaltem à famæ flagello, ſi nihil tale ſit*. De exercitiis Piet. 716.

β) *Ne ardeat adverſus imaginariam hæreſin, aut putatitium atq; phantaſticum vitium; nec id taxet, arguatve, qvod in ſe, nil niſi ſcientia ac pietas.* Incidit hìc, & ut arbitror, peropportunè, qvod de *Petro* qvôdam *Tornario*, eloqventiſſimus D. Joh. Balt. Schuppius, feſtiviter, his enarrat verbis: Ich kenne einen guten Mann/ der heiſt *Petrus Tornarius*, welcher etlichemal in Spanien/ Portugall und Italien geweſen/ kan wohl rechnen und ſchreiben/ und die *Commiſſiones* (Verrichtungen) welche ihm die Kauffleute aufftragen/ hat er offt ſehr wohl außgerichtet. Allein/ er hat unterweilen ſeine ſonderlichen *raptus*, inſonderheit kan er die Juden nicht leiden. Einsmals kam er aus der Kirchen/ in meine Behauſung/ warff ſeinen Hut auf den Tiſch/ war ſehr grimmig und zornig/ und ſagte: Ninive/ du biſt reif zur Straffe! Es wird nicht lange anſtehen/ GOtt muß dich wie Sodom und Gomorrha straffen. Da bin ich in der Kirche geweſen/ da ſagte einer/ Chriſtus komme/ nach dem Fleiſche/ von den Juden her: Soll mein Erlöſer und Seligmacher/ von den



Landesbibliothek Oldenburg

Schelmen/ den Juden/ herkommen? Vide ejus Scripta p.517. Aſt qvid veriùs, obſecro, qvàm hoc aſſertum: *Chriſtus ex Patribus* (Judæis) *deſcendit, ſecundùm carnem?* Rom. 9, 5. Civibus Bethlehemiticis, ut atrox etiam imputari ſolet facinus, qvod natum Servatorem, non meliori ac honeſtiori exceperint diverſoriô. *Væ Bethlehemitis ingratis!* exclamat Dn. D. Bakius. *Dum Mariæ Filium vilipendunt, ſuos ipſi liberos, per Herodem Infanticidam amittunt*, Matth. 2; *Nec ullibi legitur, Chriſtum ad Bethlehemitas ingratos, unqvam rediiſſe.* Expoſit. Evang. Domin. Part. I. p. 125. Verùm enim verò, optimè, ſi qvid judico, hac de re judicat, judicioſiſſimus Theol. *Gvilel. Saldenus*, dum in ſuis Otiis Theol. ſeqventem in modum, ait: *Malitia Bethlehemitarum in cauſa non fuit, qvod aliô diverſoriô non receptus ſit Jeſus, omnium rerum Dominus, qvô, ſupra omnes creaturas digniſſimus aliàs erat, ſed hoſpitum turba numeroſior, qvibus recipiendis impar illud erat. Diſertè enim id innuit textus: Reclinabat eum (Maria) in præſepiô, qvia locus eis non erat in diverſoriô. Vt neq; dubitandum videtur, qvin pluribus qvoq; aliis, eô tempore, acciderit, qvod Parentibus Jeſu, imò ipſi Salvatori, evenit. Sicut & fruſtra obtenditur, immiſericordes Bethlehemitas, non Joſephum, non Mariam, non homines tantùm, ſed ipſiſſimum Servatorem excluſiſſe; neq; enim iis tum, ut Servator offerebatur Jeſus, ſed ut hoſpes tantùm peregrè adveniens, adeòq; non peccabant, qvod eum, ut Servatorem non reciperent, qvia, utut reverà Servator eſſet, nec* dum

*dum tamen, ut talis patefactus iis erat, imò ne tunc qvidem, ut talis iis prædicabatur.* Pag. 818. ſeq. En! ſic multoties qvid, aut ut error, aut ut peccatum reprehenditur, qvod tamen, ſagaciori mentis trutinâ, ſi æſtimetur, longè aliter ſe habet. Notatu digniſſima ſunt Verba B Joh. Winckleri, qvæ, hanc in rem, profert: Die Juden (*ſcribit*) eyferten über die Gerechtigkeit des Glaubens/ als einen/ der Ehre GOttes/ und ſeines heiligen Geſetzes höchſt-zuwider lauffenden Irrthum/ die doch die allertröſtlichſte und ſelig-machende Warheit iſt: Und auch heute zu Tage ſteiget ein Eyfer/ gegen die eyferige Lehre der in Chriſto möglichen und nöhtigen Gottſeligkeit/ und Nachjagung der Vollkommenheit auf/ in der Beſorgung/ als würde der Articul von der Rechtfertigung hierunter gekräncket/ welches aber eine Anzeige/ daß man die wahre Rechtfertigung und Gottſeligkeit/ nicht recht lebendig aus GOttes Wort verſtanden/ denn ſo würde man wiſſen/ daß auch ein ſehr groſſer Grad der Heiligung/ der Rechtfertigung nicht *præjudicir*lich; ſondern ein ſtarcker Beweiß der warhafftig im Glauben erlangten Gerechtigkeit Chriſti ſey. Vid. Schutz- und Anrede/ an den Aut. der außführl. Beſchreib. des Unfugs und Weſen der Piet. pag. 43. Attendant igitur ſedulò, qvi ſunt de Clericatu Domini, ne citò ac velociter judicent, nam hoc qvi faciunt, properant ad pœnitentiam, & *iſtud Jobicum* ſubindè audire coguntur: *Qvare detraxiſtis ſermonibus Veritatis?* Cap. 6, 25. Pulchrè doctiſſimus *Füllerus*, (qvô etiam hanc ſectionem obſignabo): *Siqvis*, inqvit, *errata mea emendaverit, permagnam profectò, à me gratiam, meritò inibit. Etenim, qvid hoc aliud eſt, qvàm maculas eluere, qvò pulchriora deinceps ſcripta appareant.*

*ant. Veruntamen duo potiſſimùm & poſtulo & flagito, ut maculæ reipsâ ſint, non autem fingantur: Item, ut aqvâ, non acetô, abluantur, h. e. candidè, non contumelioſè corrigantur.* Vid. Append. Apol. miſcell. Theol. Non ſolùm autem Præſulis Eccleſiaſtici Zelus ſit illuminatus; Verùm etiam

2.) *Cum prudentia conjunctus.* Qvibus initium eſt absq; prudentia, illis finis eſſe ſolet, cum pœnitentia. Animoſiſſimos nos eſſe oportet, juxta ac prudentiſſimos. Sine Zelò prudentia eſt hypocriſis, & ſine prudentia Zelus eſt rabies. Multos eqvidem, fateor, impellit Zeli fervor, aſt enim, ſi deeſt Spiritus prudentiæ, ebulliunt in ſpumas. Æqve nocet ſtulta acrimonia, qvàm torpens ac langvida ſocordia. Intelligo autem per prudentiam, non illam politicam humani cerebri filiam; ſed emiſſam cœlitùs & infuſam divinitùs, arcanam, res benè gerendi artem, lucem operum & ducem operantium, normam ſalutis & Phoſphorum juſtitiæ, Ep. Jac. 3, 13. Reſpicit hæc gratia ἀγχινοίας

1. *Temporis opportunitatem.* Præclarè *Gregorius*, in moralibus: *Non eadem res ſemper eſt Virtus, qvia per momenta temporum, ſæpè merita mutantur actionum.* Nec invenuſtè plur. rever. Dn. *Brovvring*: Eine Warheit/ die zur Unzeit hervorgebracht wird/ kan eben ſo ſchädlich ſeyn/ als eine mit Fleiß erdachte Lügen. Part. 1. pag. 636. Hinc Salomo: *Eſt tempus loqvendi, eſt etiam tempus tacendi*, Eccl. 3, 7. Et Syracides: *Caſtigationem & correctionem oportet exercere, in tempore*, Cap. 22, 5. Ine-

ptus

Landesbibliothek Oldenburg

ptus εὐκαιρίαν non attendit; aſt Sapientis Cor, judicium & tempus judicandi cognoſcit, Eccl. 8, 5. Pluvia, ſi tempeſtivè deſcendit, recreat; ſi intempeſtivè, nocet. Scilicet, data tempore proſunt. Verùm ecqvæ zeli, ſeu pii fervoris eſt εὐκαιρία?

α) *Qvando mala, per longas, nondum invaluêre moras.* Error doctrinæ, cui novitas lenocinatur, diffundit ſe ocyùs, & inſtar gangrenæ, per vias ſerpit furtivas. Haut ſtat intra primam ſphæram; ſed longiùs progreditur, & vires acqvirit eundô. *Paululùm fermenti,* ut ſupra ex Apoſtolô dixi, *totam repentè maſſam inficit,* 1. Cor. 5, 6; Et *Jacobi* qvæſtio hæc eſt: *Exiguus ignis, qvantam materiam accendit?* Cap. 3, 5. Hæreſeos non naſcentis; ſed jam natæ atq; exiſtentis, ob celeritatem, eſt ſenſus, unde & univerſus orbis, ſe tàm ſubitò factum eſſe Arrianum, olim eſt admiratus. Nec aliter rem, cum vitiis moralib9, comparatam ſcias. Cogitatio namq; prava delectationem, delectatio conſenſionem, conſenſio actionem, actio conſvetudinem, conſvetudo autē neceſſitatem, qvin & indurationem ac dedolentiam parit, ut adeò, ſuô qvaſi pondere, unum peccatum trahat ad aliud. Principiis itaq; obſtandum, & ſcorpio, ubi & qvamprimùm apparuerit, eſt conterendus. *Serum cavendi tempus, in mediis malis,* ait Seneca, Philoſ. doctrinis atq; ſent. uſq; qvaq; floridus. Eapropter mora ſegnis abeſto.

*Opprime, dum nova, ſunt ſubiti, mala ſemina morbi.* Ovid.

β) *Poſtqvam æſtus, & contentionis & compotationis detumuêre.*

 Æſtus

ℵ *Æſtus contentionis.* Cum irato contendere, eſt ignem gladiò fodere. Saniſſimè Abrenethius: Denen *Febricitanten* gibt man nicht alſofort Artzeney ein / wenn das Fieber ſie anſtößt; ſondern man wartet / bis der *paroxiſmus* fürüber: Alſo / ehe wir dem Zornigen zuſprechen / müſſen wir warten / bis ſein Zorn ſich ein wenig erkühle / und die Hefftigkeit deſſelben nachlaſſe. Seelen-Artzen. p. 475. Impatiens freni, eſt ira. Unde Poëta:

*Ne frena, animo permitte calenti;*
*Da ſpatium tenuemq; moram, malè cuncta miniſtrat*
*Impetus.*

Prout fumus mordicans oculum, ſic ira ulciſcendiq; aviditas, corrumpit animum. *Clauſæ erant aures Alex. Magni, obſtrepente irâ,* ſcribit Curtius, Lib. 8. Cap. 1. Videlicet, ut aves, ſvaviter cantillantes, in forò, non audimus; ſic iracundi, bonos non audiunt correctores. Tangitur à Caſuiſtis, Qværtio: *Num Miniſter Eccleſiæ, ad Gladiatores deſcendere, & mutuam, inter eos, dimicationem ſedare, ſit obligatus?* Plur. rever. Dn. Michaël Freudius, negativè reſpondet: Daß ſich ein Prieſter / ait, *in ipſo digladiationis actu*, unter die zornigen Bremſen und Horniſſen mengen / ihre Streiche auffangen / ſich eben zu der Zeit / zum Schiedemann auffwerffen / und dabey ſein Leib und Leben in Gefahr ſetzen ſolle / das iſt keinem zu rahten; ſondern es heiſſet hie / wie der Poët ſaget:

*Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori,*
*Difficiles aditus, Impetus omnis habet.*

Vid. ejus Antimonomachia, pag. 114. *Satiùs eſt, occurrere urſæ, orbatæ catulis, qvàm ſtulto, in ſua ſtultitia,* Proverb. 17, 8. Exivit Chriſtus, furori ut cederet,

Joh. 8; nec Moſes vel unicum verbulum, ad exprobrationem populi Iſraëlitici: *Fœtere* (Tu & Aaron) *feciſtis odorem noſtrum, coram Pharaone & Servis ejus, & præbuiſtis gladium, ut nos occidant*, Exod. 5,21, reſpondiſſe legitur. Populum etenim, hôc tempore, exaſperatum videbat; & exaſperatum, in ipſa iræ commotione, velle corripere, nihil aliud eſt, qvàm ligna igni adjicere, ut eò vehementiùs excreſcat. Menti furore ebriæ, omne rectum, qvod dicitur, perverſum videtur, pertinax efficitur, & impatienter ſuum defendit flagitium. Optimè proin, (ut concludam) ille ſcit dicere, qvi & ordinatè novit tacere.

ב *Æſtus Compotationis*. Ebrium qvi alloqvitur, in arenâ literas pingit, qvas mox vel ventus, vel viator perturbat. Hacpropter etiam *Abigail*, qvæ juxta ſacri textus teſtimonium, *mulier erat prudentiſſima*, nec verbum puſillum, nec grande, ſuo dicebat marito, cum is madidus eſſet merô; ſed *tempus, qvô crapulam edormiviſſet, expectabat*, 1.Sam.25,37. Sapienter profectò! Nihil enim prodeſt, eô tempore aliqvem corripere, qvô alienata mente, non ſolùm aliena verba non percipere; ſed ſeipſum, vix ac ne vix qvidem, valet tolerare. Appoſitè Eccl. *In convivio Vini, non arguas proximum, & non deſpicias illum, in jucunditate ſua*, C. 31. Homo enim, extra hominem, & extra humanum, per vinolentiam, collocatur intellectum: Unde & aliqvi Temetum, ex eo volunt dictum, qvod teneat ac tentet mentem.

γ) *Qvando Deus vel ſingularem præſtat gratiam, vel notabilem immittit afflictionem.* Cera liqvida impreſſionem ſuſcipit, & incus, cum per aliqvot horarum ſpatia fuerit in igne, malleum ampliùs non repellit. Gratiâ Dei uberiùs deguſtatâ, doctrina altiùs inſidet animo. Et vexatio calamitasve, qvid poſſit, *Eſaias* manifeſtat, dum ait: *Vexatio dat intellectum*, C. 28, 19; qvod ipſum idem eſt, qvod & *Hiob* adſtruit, dicens: *Calamitas aperit aures, ad audiendum*, C. 36, 10. Auris tunc eſt in auditu. Has itaq; & alias nactus temporis vices, ſedulus ac pervigil Paſtor, ſuum oſtendit fervorem, juxta illud: *Ferrum dum candet, cudere qvemqve decet.* Et iſtud: Καλὸν τὸ καιροῦ παντὸς εἰδέναι μέτρον. Res bella eſt cuncti noſſe temporis modum. Qvô nomine, ut in tranſitu id annexam, *Viri Iſaſchar*, non parùm commendantur in Scripturâ ſacrâ, qvod *ſingula noverint tempora, ad præcipiendum, qvid facere deberet Iſraël*, 1. Chron. 12, 32. Et de *fido Diſpenſatore*, teſtatur Vir Dei Lucas, *qvod det famulitio dimenſum, tempore præſtituto*, Cap. 12, 42. E contrariò autem Zeli ardor, qvà exercitium externum, nonnunqvam qvadantenus, eſt cohibendus

א Cum Dominus eundem rotundè interdicit, prout Ezechiëli contigit: *Et lingvam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec qvaſi vir objurgans*; (nec ſis eis in Virum increpantem ſeu corripientem. Piſcat:) *qvia domus exaſperans eſt*, Cap. 3, 26. Deus eſt, qvi *dat ſermonem, ad apertionem oris noſtri,*

cum

*cum libertate*, Eph. 6, 19; ſed interdum adſunt rationes, qvare idipſum non faciat.

ב Cum tantùm abeſt, ut fructum qvendam ſit pariturus, ut potiùs cauſæ piæ, ſecundum prudentiam Juſtorum, haut leve damnum ſit allaturus. Addo ſi proximus peccans, per correptionem, creditur excitandus, ut graviùs peccet, verbi gr. blaſphemando, aut alium aliqvem occidendo &c. Conf. Ægid. de Coninck, de actib. ſupern. pag. 580, ſeqq.

ג Cum negotium, pro qvo fervemus, ſine aliorum opera, non poteſt confici, & tamen nulli, qvi ſocient vires, adſunt. Sed ais: *Divinus Paulus tamen reqvirit, τὸ tempeſtivè ac intempeſtivè inſtare*, 2. Tim. 4, 2. Reſp. Proverbialiter id dictum, pro aſſiduè. Similes ſunt locutiones: Digna indigna pati, i. e. omnia. Virg. Qvi comedit, qvod fuit & non fuit, i. e. omnia. Plaut. Mens Apoſtoli non hæc eſt, acſi prædicatio nunqvam poſſet ſuſpendi, ſed qvod, ad nutum & inclinationem malorum, idipſum non debeat fieri. Doctiſſimus Crocius ita limitat: *Dum ſpes eſt aliqva ædificationis: Si enim palàm conſtet, meros alicubi eſſe canes & porcos, non inſtandum, contra regulam Chriſti*, Matt. 7, 6. Comment. in h. l. Pergis: *Non conſtat, qvid DEUS, ad zelum noſtrum, velit facere, Ergò in eo pergendum.* Reſp. In dubiis ſeligamus id, qvod eſt tutiùs. Si itaq; omninò credimus, noſtrum Zelum, hîc & nunc, non ſaltim fruſtraneum; ſed & noxium ac pernicioſum futurum, eundem aliqvantiſper ſufflaminare præſtat.



Landesbibliothek Oldenburg

Addis: *Perfidia id eſt, ac meticuloſitas.* Reſp. neg. ſed Chriſtiana circumſpectio. *Eſtote prudentes*, dicit Salvator, Matth. 10,116. Tandem claudis: *Modò per fidem ambularemus!* Reſp. Sed fides debet eſſe oculata. Qvi zelare juſſit, juſſit & juſto tempore zelare. Inſignitè Syracides: *Homo ſapiens*, inqvit, *tacebit, usq; ad tempus*, Cap. 20,7: Et Salomo: *Mala aurea, in lectis argenteis, qvi loqvitur verbum in tempore ſuo*, Prov. 25,11. Aſt reſpicit Prudentia

2. *Loci aptitudinem.* Non enim cuncta loca, zeli impetui ſunt congrua. Unde pereleganter *Bernh: Oportet*, inqvit, *in Virtutibus*, (addo & in Virtutum affectionibus) *& tempus, & locum, & modum ſpectare, præter qvæ, Virtus non eſt virtus.* Conſiderandum igitur fidei & Profeſſionis Chriſtianæ Antiſtiti, *ubi ſit* ipſe? ubi corripiendus? an degat in Eccleſia preſſa? an verò libera? & ſic ulterius. Saluberrimum certè eſt monitum, qvod *B. Mattheſius*, ſuô tempore Veritatis divinæ, ſuppeditavit Præconi: Wenn du in einer Stadt predigen ſolſt/ (ſcribit ille) da noch Klöſter/ Papiſten/ oder ſonſt gottloſe Leute/ und wüſte Regenten ſind/ ſo ſchaue darauf/ daß du dich beſcheiden und vorſichtig erzeigeſt/ und darauf Achtung gebeſt/ was ſich leiden will; mache nicht allen Qvarck und *Diſputation* rege/ gleichwie die Aertzte nicht alle Kranckheiten/ an ſchwangern Weibern regen/ noch ihnen zuhelffen ſich unterſtehen/ damit ſie nicht der Leibes-Frucht ſchaden thun mögen. Man muß in etlichen Sachen/ ſo der Lehre fürnemlich nicht angehen/ hinter den Berg halten/ und ſich ſtellen/ als verſtehe mans nicht/ oder als irre es nicht. Stürme

nicht/

nicht/ fahre nicht mit Gewalt/ damit nicht die Frommen geärgert/ und die Böſen trotziger und muhtwilliger gemacht/ und den Widerſachern und Läſterern Urſach zu läſtern/ und übel von der Religion zu halten/gegeben werde. Taſte und rühre nicht alle ſchwere Blattern an/ ſchaue darauf/ was die Gelegenheit der Zeit leiden mag/ doch fliege auch alſo/ daß du nicht für der Kawe und Hirten-Hüttlein fürüber lauffeſt/ und der Sachen ſchadeſt. Die Schlange beſchützet/und bewahret ihr Haupt. Alſo ſoll ein Lehrer den Artickel von der Rechtfertigung des armen Sünders vor GOtt/ mit Beſcheidenheit und kluger Vorſichtigkeit lehren/ mit den andern habe er eine Zeitlang Geduld. Im *Nicephoro* findet man eine *Hiſtoriam* vom *Abda*, dem Biſchoff in *Perſide*, der hat nicht allein zur Unzeit/ unbeſcheidentlich wider das heilige Feuer/ *Orimaſda* genannt/ geprediget/ ſondern hat auch des Feuers Tempel/ πυρεῖον genannt/ mit Feuer angeſteckt und verbrannt. Solches ſtraffet *Nicephorus*, als eine groſſe Unbeſcheidenheit/ dann dadurch hat er den Perſer-König beweget und verurſachet/ daß er dagegen auch alle Kirchen der Chriſten ließ anſtecken/ und verbrennen. Alſo hat auch Gottſchalck zum Ellenbogen/ ſich faſt unnütz auf die Potentaten gemacht/ und iſt in der Papiſten Kirche hinein/ mit Gewalt/ gefallen/ und dadurch ſich ſelbſt/ und viele andere mit ihm/ umb Leib und Leben gebracht/ und die Predigt des Evangelii verhindert. Wiederumm aber duldete der beſcheidene *Amphilochius* der *Arianer* Kirchen und Verſammlungen. (denn er kunte mit Gewalt nichts ſchaffen) Aber er trachtete auf Gelegenheit/ und mercket auf die Zeit/ welches zu allen Händeln das erſte und fürnehmſte iſt/ und ſtraffete *Theodoſium*, mit guter Beſcheidenheit/ indem er des Königes Sohn *Arcadio* Kayſerliche Ehre zu erzeigen/ abſchlug. In Syrac. c. 27. Sed qvid habendum, rogas, de facinore, qvod Dnus. *Barthol: Ziegenbalg*, Pulsnitzo-Miſnicus

cus

Landesbibliothek Oldenburg

cus, & Dn. *Heinricus Plütſcho*, Weſenbergo-Meklen-
burgicus, *ab auguſtiſsimo ac potentiſsimo Monarcha, Friderico qvarto, Rege Daniæ & Norvegiæ*, ad con-
vertendos Barbaros, & amplianda, hôc modô, Regni
Chriſti, in terris, pomæria, (heu pium zelum, ſummis
elogiis ornandum, & omnibus Chriſtianis Principi-
bus, humillima veneratione commendandum) ex
Haffnia, non ita pridem, Annô. ſc. 1705, die 29. Nov.
fuerunt miſſi, apud Ethnicos, nomine *Malabaras*, in
India, patrarunt? Recenſet id facti, Dn. *Ziegenbalg*,
his verbis: Wir giengen geſtern/ſcribit, ein wenig ins Land
hinein ſpatzieren/ und kamen zu einer *Pagoden*/ darinnen der
*Malbaren* groſſen Gottes *Iſparæ* Weib/ als eine Göttinn ver-
ehret wird; Umb ſelbiger ſtunden ſehr viel auß *Porcelin* ge-
machte Götter: Wir *NB.* voll göttlichen Eyffers/ ſtieſſen eini-
ge um/ einigen ſchlngen wir die Köpffe ab/ dabey denen ar-
men Leuten zu zeigen/ daß ſolche ohnmächtige und nichtige Gö-
tzen wären/ die weder ſich ſelbſten/ noch viel weniger ihren Die-
nern einige Hülffe thun könten. Hierauf antwortete uns
ein Wathyjan/ oder Lehrer/ daß dieſe keine Götter/ ſondern
nur Gottes ſeine Soldaten wären. Wir brachten ihn endlich
ſo weit/ daß er es als eine Thorheit erkennen muſte/ dabey ſa-
gende/ daß das einfältige Volck/ mit Anſchaung dergleichen
Bilder/ ſtets auf das Zukünfftige müſſe gerichtet bleiben.
Dergleichen Götzen-Bilder haben wir offt zu tauſenden bey-
ſammen/ auf einem Platze/ geſehen. Vid. Die merckwürdi-
ge Nachricht auß Oſt-Indien/ von zwey Evangeliſch-Luthe-
riſchen Predigern/ erſtlich unter Wegens/ auß Africa/ *Anno*
1706 von dem Vorgebirge der guten Hoffnung/ bey den ſo-ge-
nannten Hottentotten/ und bald darauf/ auß Trangebar/ von
der Küſte Coromandel/ an einige Prediger und gute Freunde
in

in Berlin überſchrieben / und von dieſen zum Drucke befodert.
pag. 29. Faſne autem, hos Legatos ita egiſſe? Reſp. Fas. Primò, ut eô fortiùs & evidentiùs, de ſtultitiâ ſuâ, convincerentur Ethnici: *Gedeon*, cum diruiſſet aram Baal, & Cives ejus loci, ipſum, ideò depoſcerent ad necem, Pater *Gedeonis*, hunc in modum, illis reſpondebat: *Si DEus eſt Baal, vindicet ſeſe de eô, qvi demolitus eſt aram ejus*, Jud. 6, 31. Nil aliud, qvàm hoc, ſuô facinore, indicare voluerunt Viri nominati, ſcilicet: *Si hæ res, vel Dii, vel Deorum ſunt Milites, vindicent ſeſe de iis, qvi jam ipſos eunt deſtructum atq; truncatum*. 2dò, fatentur illi, divinô ſeſe correptos fuiſſe ardore, & ex hoc fonte, ſi ebulliit factum, qvis illud taxare præſumet? *Nemo* autem *hominum novit ea, qvæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis*, 1. Cor. 2, 11. (3) Unicè unicèq; gloriam Dei promovere ſatagunt, cujus etiam auxilia, piis ac devotis ſubindè implorare precibus, haut obliviſcuntur, qvare itaq; non crederemus, in DEI negotiis, Spiritum ſanctum iis adeſſe, qvi ipſos non ſaltum ſui admoneret officii; ſed etiam, in univerſa eorum executione, omnibusq; applicationibus gratiosè dirigeret? Accumulet ipſis Dominus Virtutes, & faciat, ut multis ſint odor Vitæ ad Vitam. Reſpicit Prudentia

3. *Peccati qvalitatem*. Neq; enim ob omnes hallucinationes, eodem gradu zelare convenit. Aliud eſt navis fundus, aliud pixis; aliud corpus, aliud ungviculus; aliud caput, aliud capillus; aliud ſubſtantia, aliud accidens; aliud principale ſubjectum, aliud

parergorum parentheſis; aliud articulus fidei, aliud qvæſtio juxta enata; aliud error, aliud ἀκυρολογία, ſeu inconcinna locutio; aliud error recti, aliud fundamenti; aliud nævus, aliud apoſtema; aliud peccatum infirmitatis, aliud peccatum ſalutis-devoratorium, qvod uno qvaſi ictu perimit; aliud delictum, aliud ſcelus; aliud vitium ſemel peractum, aliud continuatum, adultum, atq; prævalidum; aliud clandeſtinum, aliud publicum. Hîc Miniſtri Eccleſiæ eſt, *mutare vocem*; æqvaliter autem velle zelare, maximè eſſet inæqvale. Contentiùs ſanè cum *Galatis* & *Corinthiis* procedebat Paulus, qvàm cum *Philippenſibus*. Ad Galatas: *O ſtulti*, inqviebat, *qvis vos faſcinavit, ne obſeqveremini Veritati?* Cap. 3, 1. Ad Corinthios: *Stulte, qvod ſeminas, non vivificatur, niſi mortuum fuerit*, 1. Ep. 15. Ad Philippenſes autem: *Siqvid aliter ſentitis, hoc qvoqve vobis Deus reteget*, Cap. 3, 15. Galatæ in fundamentum ſalutis impingebant, dum bona opera negotio juſtificationis immiſcebant, meritisq; Soſpitatoris à latere collocabant; Philippenſes autem circa adiaphora tantùm hærebant. Abſit igitur, omnes, eadem auſteritate ac aſperitate velle plectere delinqventes. Non ſolùm Veritas; ſed & momentum rei Theologicæ, conſiderandum. At at, qvot paſſim, in hoc pleno obliqvorum ingeniorum ſeculo, conſpicias, qvi non tàm libellâ, qvàm lineâ; non tàm lance, qvàm lapide lydio utentes, errorum ſibi imaginentur æqvalitatem, nihilo ſeciùs ac Stoici qvondam & Joviniani,

qvi

Landesbibliothek Oldenburg

qvi omnia peccata paria aſſeverabant. Eapropter etiam ſuper ignobili aliqvâ opinione, aut vili diſtinctiuncula, ſuper verbi cujusdam, aut ritûs antiqvi interpretatione tantum movent pulverem, ac ſi Hannibal eſſet ante portas, aut ſalus totius Eccleſiæ periclitaretur; DEI qvoq; nomen, qvod ſummum nefas dixeris, & aliud ſanctum qvid, ſubinde obtendunt, ut cuncta ex libidine, eò audaciùs ac maligniùs tractare qveant. Verùm enim verò, qvid eſt inglorias prædas agere, ſi hoc non eſt? Multa dicendo hôc modô, nihil dicitur, aut potiùs nihil dicendo, multa dicuntur. Piè B. *Carpzovius:* Wir können das unchriſtliche Katzbalgen durchaus nicht recht ſprechen / welches unter dem Vorwand eines Theologiſchen Eyfers / bey ihrer vielen vorgehet / die alles hervor ſuchen / und als ketzeriſch verdammen / was entweder der Rede nicht wehrt iſt / noch vielweniger / daß man einen ſolchen Staub darüber aufftreibe / oder was nicht einmal für unrecht zu erklären / und nur verworffen wird / weil es nicht in allen Stücken mit ihrem Gutdüncken übereinkömmet / oder / was auch wol gar von denen Widerſachern niemals geſtanden wird / daß ſie dergleichen gelehret / oder noch zu lehren willens / dergleichen unnöthiges und vergebenes / auch offt mit vielen *Perſonalien* untermengetes Gezänck / groß Aergerniß / in der Kirchen anrichtet. Vid. Troſt- und Leich-Spr. Part. 1. pag. 786. Qvæ igitur eliqvatiſſimâ perſpicuitate nondum diſcuſſa, nec ab Eccleſiâ, conſentientibus calculis, in alteram partem determinata, vel ſaltim, nec neceſſaria ſunt, nec opportuna, in iis premendis definiendisqve, ingenio, cum pacis eccleſiaſticæ perturbatione, velifi-



Landesbibliothek Oldenburg

cari, virum haut addecet Theologum. Die Diſputen/ (ut ſcitè Nonnemo) um einige Nägel des Tempels / haben offt den gantzen Bau erſchüttert / qvod ex infelici controverſiâ de Paſchatis die, plus qvàm manifeſtum. Pro majori itaq; minorive gradualitate peccati, major minorve gradualitas ſit zeli. Qvàm peccat, qvi lenitate, præfractam fovet proterviam, tàm etiam peccat, ſeveritate qvi abutitur, cuneumq; findentem magis, qvàm penetrantem adhibet. Hiobi Ceſpitationes, Verborum aſperitate Deus non exaggerabat; ſed leniter atq; pacatè, cum eodem expoſtulabat. Nummulariorum menſas disjecit Chriſtus, Columbarum verò negotiatores, ut duntaxat è templo ſubducerent merces, juſſit. Scilicet, leviùs hi poſteriores peccaverant, & magis erant ſanabiles, qvàm priores. Appoſitè *Frid. Spanhemius*, Vir undiqvaq; erudiſſimus: *Diſtingvendi ſunt*, inqvit, *peccatores infirmi à malitioſis, tractabiles à pervicacibus, illi Spiritu manſvetudinis & lenitatis corripiendi, iſti Spiritu & Virtute Eliæ ſubigendi & macerandi.* Dubia Evang. Part. 2. pag. 114. Pro qvalitate itaq; morum, diverſa ſit reprehenſio Doctorum. Qvidam ſunt retrahendi, qvidam reducendi. *Qvid vultis?* qværit Apoſtolus, ex Corinthiis, *ut virgâ veniam ad vos, an cum Spiritu lenitatis?* 1. Epiſt. 4, 21. Aſperiùs tractandi, qvi cum errant, id agunt, ut alios pelliciant, & à Veritatis ſemitâ abducant; mitiùs verò, cum illis procedendum, qvi tantùm ſunt ſeducti. Nam horum conditio perqvàm ſimilis eſt *Viris Abſolonum,* qvon-

*qvondam ſecutis*, de qvibus, ſacra refert pagina, *qvod in ſimplicitate cordis ſui abierint, non ſcientes qvicqvam*, 2. Sam. 15, 11. Immanentia itidem, atq; privata delicta (qvamdiu privata manent) privatim; emanantia verò ac publica, publicè ſunt reprehendenda. *Peccantes* (ſc. publicè) *coram omnibus argue*, docet Apoſtolus Timotheum, *ut & cœteri timorem habeant*, 1. Tim. 5, 20. Pro publico autem peccato non habendum, qvod qvibusdam ſaltem vicinis conſtat; ſed qvod majori, illius communitatis, parti, in qva qvis vivit, innotuit. Vid. Hülſem. de fraterna Corr. pag. 128. Qværitur autem hîc: *Num publicis atq; manifeſtis ſcandalis, prævia ſemper opponendæ ſint admonitiones, anteqvam publicè, coram omnibus, corripiatur peccator?* Sic eqvidem volunt non pauci; aſt perperam ac erroneè. Pauli etenim præceptum obſtat: *Qvi publicè peccat*, ἐνώπιον πάντων, *in præſentia omnium, argue*, 1. Tim. 5, 20. En! in publicum jubet produci (nec meminit præviæ cujusdam admonitionis ſecretæ) qvotqvot publicè deliqverunt, ſive Laici fuerint, ſive Clerici, modò res ſit aperta ac notoria. Finis qvoq; officii epanorthotici repugnat, nam is eſt, non modò animæ conſulere Peccantis; ſed in id attendere, ut læſæ Eccleſiæ ſatisfiat & offendiculum publicè deſtruatur. *In Scandalis publicis & notoriis* (ſunt verba Ameſii) *non eſt neceſſarium incipere, ab admonitione privata*, 1. Tim. 5, 20. *Medicina enim proportionem debet habere ad morbum, cui tollendo inſervit.* De Conſc. Lib. 4. Cap. 29. §. 10.



Landesbibliothek Oldenburg

29. § 10. pag. m. 384. Suffragatur *Heideggerus: In occultis*, inqvit, *peccatis initium, ab admonitione privata, capiendum eſt: publica verò palàm arguenda ſunt*, 1. Tim. 5, 20. Medull. Theol. Loco 17. §. 31. p. 343. Conf. Gisbert. Voët. de exercit. piet. pag. 726. Idem vult *Buſembaum* pontificius: *Si peccatum*, ait, *eſt publicum, publicè etiam poteſt corripi.* Medull. Theol. mor. pag. 85. Ex noſtratibus videri poſſunt J. Gerh. in Loc. Theol. Artic. de Miniſt. Eccl. §. 286. Ægid. Hunn. Comment. in 1. Ep. ad Tim. Cap. 1. p. 807. Georg. Calixt. Concord. Evang. p. 242. Oſiand. in Paraph. ad Matth. 18. pag. 255. Qvenſted. Ethica paſtor. pag. 430. J. Frid. Meier. Muſ. part 2. § 4. pag. 70. J. Taddæus, in Concil. bibl. p. 706. Præprimis verò G. Konig, in Caſibus Conſc. ubi, in Art. de Miniſt. Eccleſ. caſu 10, hanc rem, ex inſtituto tractat, pag. 745. ſeqq. In alia planè hic it Theol. celeberrimus *Wolffgangus Muſculus*, qvi monaſticam olim, dein, abjectò cucullò, Proteſtantium doctrinam profeſſus eſt. Cauſatur hic Vir, *legem Apoſtoli: Qvi peccat* (publicè) *coram omnibus argue*, 1. Tim. 5, 20, *non ad omnis generis delinqventes; ſed ad Seniores tantùm ſpectare Eccleſiæ.* Vid. Comment. in Cap. VI. Evang. Johann. p. 345. Sed excluſiva unde probabitur? Axioma eſt univerſale, ut ut anſa ſeu occaſio ad illud, fuerit particularis. Obtendit porrò: *Tempore Apoſtoli, Eccleſia, magiſtratu Chriſtiano caruit, atq; ideò in conventibus eccleſiaſticis, judicia, ad delictorum emendationem, fuerunt exercitata, qvi uſus tamen, in iſtis, qvæ ſub magiſtratibus ſunt Chriſtianis, non rectè habetur, eccleſiis.* At enim verò, neq; hoc (ſi penetrantiùs



Landesbibliothek Oldenburg

tius introſpiciatur) urget, nam una pœna, non debet eſſe abſorptiva alterius. Miniſter Eccleſiæ punit verbaliter; Magiſtratus, & verbaliter & realiter. Nuſqvam docuit Apoſtolus, correptionum eccleſiaſticarum debere eſſe pauſam, cum Magiſtratus, Religionem Chriſtianam profeſſus, adfuerit. Sed mittam hæc, & nunc qvoq; oſtendam, ad Zelum Præconis reqviri, ut

3.) *ſit intenſus.* *Zelatus ſum*, dicit Jehova, Deus exercituum, *pro Zione, zelô magnô, & indignatione magna zelatus ſum, pro ipsâ*, Zach. 8, 2. Pariter & illos, qvi prædicationis exercent officium, ſanctiori amoris zelo, pro Domini ſui ſponsâ, inardeſcere oportet. Et qvomodo poſſibile, ut circa res charas & pretioſas, absq; intenſione affectûs, contendere poſſemus? Perpolitè ac ingenioſè *Andr. Maxim. Fredro: Prudens*, inquit, *rigor, rebus non obſtat. Mordent ſangviſugæ, dum proſunt. Nec enim aliqva difficiliora obtineas, niſi pro tempore, aliqvod inconveniens, in urgendum adhibeatur.* Politico-Moralia Part. 2. §. 28. pag. 56. Et alibi: *Modica caſtigatio exacerbat nonnunqvam magis, qvàm corrigit, ut tutiùs ſit qvandoq; non punire, ſi ſeveriùs corripere nolis. Non ſine cauſa Salomon arguit intempeſtivam clementiam, dum vocat* Miſericordias *(aliqvorum)* crudeles. *Bonis verò nocet, qviſqvis pepercit malis; ſed hoc pro ſtatu rei & temporis.* Part. 1. §. 44. p. 21. Veſpæ oleô conſperſæ moriuntur, acetô autem reviviſcunt; Similiter Prævaricatores, Miniſter

Landesbibliothek Oldenburg

ſter Evangelicus, ſi adulanter eos decipiat, in ſuis pereunt neqvitiis; Qvodſi autem corrigat ſeveriùs, aceetôq; legis, ipſos conſpergere haut obliviſcatur, à peccatis ſuis, per pœnitentiam reviviſcere, tandem incipiunt. Vox Prædicatoris, ſit Vox Vociferatoris. Non autem ſemper: *Pax! Pax!* ſed interdum etiam *Væ Væ* clamandum. Verba Antiſtitis ſint ſicut ſtimuli, & qſ. clavi, in altum defixi: Diviſio textus & doctrinæ, ſit diviſio animæ & ſpiritus, compagumq; & medullarum: Juxta Baculum decoris, ſit qvoq; baculus doloris. Nodoſi, ſaxei, lapidei paſſim deprehenduntur Auditores, qvi *dolandi* ſunt, Hoſ 6,5, & nonniſi ferrô poliendi. Incidat hîc Pauli, ἀποτόμως *ſeveriter*, Tit. 1, 13; ejus qvoq; *Virga*, 1. Cor. 3, 2, & Chriſti Salvatoris noſtri *Scutica*, Joh. 2, 15. Conf. qvæ ex Rich. Baxt. Ruhe der Heiligen/ Part. 3. pag. 367, in Tract. von der thätigen und warhafftigen Chriſten-Liebe/ ſcripſerim, pag. 7. 8. Advertat igitur fidus Chriſti Domini Miniſter, ne lenitas ſua, qvæ plerumq; vicinum qvid ſegnitiei habet, ſcelerum ac flagitiorum ſit alumna. *Gregorio Nazianzeno*, cum adverſus Apollinariſtarum falſitates aliqvantulùm eſſet indulgentior, qvid contigerit, ex ipſius, ad Olympium, exaratis literis, videre eſt. *Ego*, (dabo Verba, ex interpretatione Jacobi Billii) *cùm omnium maximè Apollinariſtarum cogitationem impietatemq; perſpectam haberem, nec ferendam eorum amentiam cernerem, exiſtimabam fore, ut lenitate mea, mitiores efficerentur, ac paulatim emollirentur: Atq; hoc mihi ſpe fingebam; Verùm*

*rùm per imprudentiam, & ſceleratiores eos, ut apparet, reddidi, & intempeſtivâ hâc Philoſophiâ, detrimento affeci. Neq; enim perverſi homines, lenitate atq; humanitate flectuntur.* Epiſt. 77. p. 867. Corrupti hominum mores, immites utiq; expoſcunt & efflagitant Caſtigatores, prout etiam, in gravioribus morbis, ſectiones adhiberi ſolent atq; uſturæ. In rem Balth. Sigism. von Stoſch: Man muß / inqvit, nicht allein ſanffte und gelinde Regen; ſondern auch Sturm-Winde und Platz-Regen haben / wenn Laub und Gras / Baum und Stengel hervor ſchieſſen ſollen. Præcedenz - Streit p. 172. Et *B. Lutherus:* Wenn GOtt das Erdreich wil fruchtbar machen / ſo muß er zuvor laſſen fürüber gehen einen guten Platz-Regen / mit einem Donner / und darnach darauf fein mächlich regnen / alſo fuchtet das Erdreich durch und durch. Item. Ein weidenes Rühtlein / kan ich mit einem Meſſer zerſchneiden / aber zu einer harten Eichen / muß man eine ſcharffe Art und Keil haben / man kan ſie dennoch kaum ſpalten / wie denn eine groſſe Eiche von einem Hiebe nicht fället. Colloqv. menſ. pag. 243. Qvi itaq; blando ſermone caſtigati non corriguntur, acriùs & vehementiùs neceſſe eſt, ut reprehendantur. Salubri autem cautione vitetur, ut zeli acrimonia ſit

1. *Extra* λοιδορίαν ſeu *Convitia.* Nam ne *Arch-Angelus qvidem, blaſphemiæ judicium, Diabolo inferre ſuſtinuit,* Jud. Verſ. 10; & ſi de Verbo nugatorio, in die judicii, coram tribunali Chriſti, reddenda olim ſit ratio, qvantò magis, de verbo injurioſô & calumniatorio? Penſanda Servatoris clementia, qvæ nunqvam prorupit in Improperia. Ais: *Emaunticos tamen Diſcipu-*

*ſcipulos appellavit ſtultos*, Luc. 24, 25, qvod ipſum & Paulum, Galatis feciſſe, legimus, Gal 3, 1. Reſp. Nolo diſtingvere, inter μωρὸν ac ἀνόητον, nam nec voce μωρῦ abſtinuit Salvator optimus, Matth. 23. 19; nego autem maledictum eſſe ac convitium. Haut enim, in diebus carnis ſuæ, *clamavit* noſter JEſus, Matth. 12. 19. Qvid hoc eſt dixiſſe? *Haut clamavit?* Eruditiſſimus J. *Pricæus* reſpondet: *Sentio, cum Viro præſtantiſſimo, ejusmodi heic clamorem intelligi, qvi nota eſt animi commoti & efferveſcentis.* Seneca: *Qvædam iræ ſunt, qvæ intra clamorem conſidant*, &c. *Qvædam intra Verborum maledictorumq; amaritudinem effuſæ*, apud Gellium, p. 26. Plutarchus: *Ex vultune meo, an Voce, an ex Colore, an etiam ex Verbis correptum eſſe me irâ, intelligis? Mihi qvidem neq; oculi, opinor, truces ſunt, neq; os turbidum, neq; immaniter clamo* &c. *Hæc enim omnia, ſi ignoras, ſigna eſſe irarum ſolent.* Hucuſq; Pricæus. Vide ejus Matthæum, p. 124; damnavit inſuper iram, qvæ in Vocem: *Fatue!* erumpit, Matth. 5, 22. Abſit itaq; ut Chriſto tribuamus convitium. Hoc vel ex odiô perſonæ, vel invidiâ proficiſcitur; pro Objecto habet probra, falsò affićta, & in confuſionem ſeu igominiam peccantis tendit. Profectò, in Chriſtum, ut quilibet, vel me tacente, intelligit, tale qvid, non convenit. Ergò fuit tantùm ἐπίπληξις ſeu Objurgatio, qvam Zelus gloriæ divinæ, deſiderium convictionis ac converſionis, ignis non peregrinus; ſed ſacer, non εἰκῆ; ſed juſtiſſimis de cauſis accenſus, expreſſit. Ritè



Landesbibliothek Oldenburg

D. Seb. Schmid: *Severè*, ſcribit, *loqvitur Apoſtolus, cum Galatis, qvando ſtultos vocat, non tamen convitiandi causâ; ſed pio Zelô.* Comment. in Ep. ad Gal. pag. 68. Et punctiùs adhuc, Magnificus Dn. Boys: Indem Chriſtus die beyden Emauntiſchen Jünger/Thoren nennet/ſo bricht er nicht ſein eigen Geſetz/ beym Matth. 5, 22. Wer zu ſeinem Bruder ſaget: Du Narr! der iſt des hölliſchen Feuers ſchuldig; Weil dieſes Schelten herkommet/aus einem geiſtlichen Eyfer/ zu ihrem Beſten/ und nicht aus einem fleiſchlichen Haß zu ihrem Schaden. Und ſolch eine Scheltung/iſt keine Läſterung; Sie iſt *Officium*, und nicht *Convitium*. Vid. Evang. am Oſter-Montag. Conf. D. Aug. Pfeiffers Luctam Carnis & Spiritus, p. 290. D. Th. Watſons Geiſtr. Schrifften/p. 597. Dicis porrò: *Atq; Johannes* (alter iſte Elias, non naturæ qvidem, ut Hieronymus loqvitur, ſocietate; ſed officii dignitate) *Phariſæos ac Sadducæos, ad baptiſmatis ſui acceptionem accelerantes*, γεννήματα ἐχιδνῶν, *progenies Viperarum, magnâ nuncupavit* παῤῥησίᾳ, Matth. 3, 7. Has Verborum acerbitates, ſtatus illorum expoſcebat. Submiſſa enim ſucclamatione, leviq; ſuſurrô, altùm in peccati ſomnô ſtertentes, non poterant expergeſieri. Pungendi itaq; erant ac fodiendi. Neq; ſine causâ, nominatis componebantur beſtiolis. In utrisq; enim ſpecies externa pulchritudinis, in utrisq; venenum, & ab utrisq;. Repetit qvoq; Salvator iſtud epitheton, Matth. 12, & 23, ne malè, in eos qvadrare exiſtimes. Veraciter proin Baptiſta dixit, qvod dixit. Non ex humano affectu; ſed Spiritus divini, qvô plenus erat, impulſu: *non criminandi animô; ſed obſtina-*



Landesbibliothek Oldenburg

*tam ipſorum*, ut Hunnius loqvitur, *perverſitatem frangendi ſtudiô.* Inſtas: *Privata ſaltim perſona, erat Johannes, non itaq; licuiſſet ei, Viros cœteroqvin honeſtos, tàm duris, acribus, & in ſpeciem contumelioſis verbis, excipere atq; mordere.* Reſp. Non privata; ſed publica, Johannes erat perſona. Qvemadmodùm autem publicus ſupplicii executor, flagitioſum, legitimè condemnatum, licitè interficit; ita Præcones verbi divini, eos, qvos Dominus arguit impietatis, juſtiſſimè promulgent impios; nec hoc temeritatem eſt exercere; ſed officium ſuum facere. Addo, qvod Parentibus in filios, hoc verbi divini Adminiſtris licet, in eos, qvos ſuô miniſteriô, vel regenuerunt vel regignere allaborant. Subdis ad extremum: *Atqvi Archi-Sacerdoti Ananiæ, parietis incruſtati nomen impegit Apoſtolus*, Act. 23, 3, *nonne autem hoc* λοιδορεῖν, *convitiari, calumniari?* Reſp. Non omnium ſapientum Digiti, hac ſuper re, ſunt æqvales. Megalander Lutherus ſanctam qvandam, verbis Paulinis ſubeſſe cenſet ironiam. Paulus nennet den oberſten Prieſter (ita ſcribit) eine Wand / die überklecket iſt / das iſt / eine Larve / der da ſcheinet / das er nicht iſt / und wünſchet ihm Straffe / thut ihm gantz keine Ehre / als einen oberſten Prieſter. Da ihm aber etliche darum ſtrafften / und ſprachen: Fluchſt du dem oberſten Prieſter? antwortet er: Lieben Brüder / ich habe nicht gewuſt / daß er der oberſte Prieſter ſey. Wie er das meint / iſt gut mercken. Wenn er hätte geachtet / daß übel gethan wäre / daß er ihm alſo wünſchet / hätte er gewißlich Gnade und Vergebung gebeten / vom oberſten Prieſter / und hätte

es

es widerruffen / das thut er nicht. So iſts auch nicht zu vermuhten / daß er nicht ſolt gewuſt haben / daß er der oberſte Prieſter wäre. Wie iſts glaublich / daß er ſolte vor Gericht bracht werden / und niemand ſolt ihm geſagt haben: Paule / du wirſt vor den oberſten Prieſter kommen. Item / ſiehe / dort ſitzt der oberſte Prieſter. So man doch in ſolchen öffentlichen Händeln fleiſſig forſchet / und zeigt die Perſonen. Und ob er ſchon nicht hätte gewuſt / daß er der oberſte Prieſter wäre / ſo ſahe er dennoch wol / daß er obenan ſaſſe / und bekennet / daß er an Richters Statt ſäſſe / und befahl ihn zu ſchlagen / ſo ſolt er billig der Obrigkeit verſchonet haben / die er ſelbſt bekennet. Darum muß ſein Wort dahin lauten: Lieben Brüder / ich weiß nicht / daß er der oberſte Prieſter iſt / daß iſt / er ſolls ſeyn / er iſts aber nicht / ich halte ihn auch nicht dafür / wie es *S. Auguſtinus* außleget. So dann *S. Paulus* den Prieſter / der auß dem Geſetz *Moſi* geordnet war / alſo antaſtet / was ſolt ich ſcheuen / die gemahlte Biſchöffe und Larven anzutaſten / die vom Pabſt kommen / ohne Befehl GOttes und der Menſchen? Tom. 7. Witteb. fol. 337. Conf. Calovii bibl. illuſtr. in Acta Apoſt. 936. ſeq. Item Joh. Ada. Oſiandri Annot. in Lib. H. Grotii, de jure belli & pacis, pag. 404. ſeq. & novitium Scriptorem, in Act. Apoſt. Gerbr. van Leeuwen, S.T.D. & Prof. Theol. in illuſtri Schola Amſtel. B. Brentius, Vir ſacrarum literarum piè eruditus, de hoc factô, ſic judicat: *Non fuit convitium; ſed officium; non maledicentia; ſed prophetia; non retaliatio injuriæ; ſed zelus DEI, & Paulus unus è ſummis Apoſtolis fuit, ideò ſentiemus, eum hic minimè peccaſſe; ſed pro vocatione officii ſui egiſſe. Apoſtoli enim eſt, peccata hominum arguere, & pœnam peccatorum denunciare. Miniſtri DEI eſt, ſententiam DEI ſuper impios latam indicare. Prophetæ eſt, futura ſup-*



Landesbibliothek Oldenburg

*plicia manifeſtare, ſi fortè impii convertantur & vivant.* Vid. Homil. in Acta Apoſt. pag. 499. Ad iſtud comma verò, qvando Paulus dicit: *Neſciebam, Fratres, qvod Pontifex eſſet, ſcriptum eſt enim: Principi populi tui, non maledices*, ſic reſpondet: *Hæc non ſunt ita intelligenda, qvaſi Paulus verè neſcierit, hunc eſſe pontificem, & ſignificet, ſeſe ex ignorantia peccaſſe. Qvomodò enim veriſimile eſt, hunc pontificem, in concilio, primatem locum occupantem, Paulo fuiſſe ignotum? Nec ulla eſſet peccati excuſatio, qvod non noviſſet Pontificem, qvando nec ulli privato homini, maledicendum eſt. Sed verba iſta hanc habent ſententiam. Scio qvidem Scriptum eſſe in Exodo, capite viceſimo primo: Principi populi tui non maledices. Sed hoc ſcriptum eſt privatis, non Apoſtolis. Scriptum eſt vulgo hominum, non publicis divinæ legis miniſtris, aut Prophetis. Horum enim intereſt omnium hominum, ſive regum, ſive Pontificum peccata arguere. Et cum arguunt, non conviciantur, ſed ſententiam Domini ex vocatione pronunciant. Ad hæc ſcriptum eſt, non qvia hac prærogativa liceat principibus, ſive regibus, ſive pontificibus iniq. agere, contra leges innocentem opprimere, & pro libidine ſua, omnia adminiſtrare; ſed ut hac lege admoneantur, ut ſi benevelint, à populo ſuo audire, Rempub. juſtè adminiſtrent, & juſtitiam legis obſervent, qvò nullam maledicendi anſam, populo præbeant. In hoc autem pontifice nihil apparet pontifice dignum. Sedet in loco legis, & præcipit contra legem, ut percutiatur iis, qvi nec dum*

*ſatis*

*ſatis auditus, nec convictus, nec condemnatus eſt. Non igitur video, cur mihi non liceat, eum pro meritis ſuis tractare, & oſtendere, qvod pontificio munere indignus ſit.* Pag. 450. Alii econtrariò Apoſtolum, humani qvid, hic paſſum, gratiâq; divinâ deſtitutum fuiſſe, aſſerunt, qvos inter D. Joh. Tob. Major, uti Annotationes ipſius, ad Acta Apoſt: teſtantur, pag. 316. Nec abſentit J. Lundius, im Levitiſchen Hohenprieſter und Prieſter/ pag. m. 159; nec alii plures. Mihi prorſus, à convitiò abſolvendus videtur Apoſtolus, tametſi vehementiori, aſperioriq; uſus fuerit oratione. Idqve, (1) cum mos ejus non fuerit, convitiis aliqvem proſcindere; ſed potiùs convitiis affectus, benè fuit precatus, juxta illud: *Convitiis affecti, benè precamur,* 1. Cor. 4, 12. (2.) qvia Chriſtus ad eundem modum eſt locutus: *Væ vobis Scribæ & Pharißæi hypocritæ, qvoniam ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, qvæ extra qvidem apparent ſpecioſa, intùs verò, plena ſunt oßibus mortuorum, omniq́; immunditiâ,* Matth. 23, 27. (3.) Veritatem dixit Apoſtolus & non fuit mentitus. Vitio namq; hypocriſeos addictum ſeu potiùs agglutinatum fuiſſe hunc Pontificem πλήκτην, nemo, ut ſpero, infitebitur. Scapham autem dicere ſcapham, & ligonem ligonem, qvid vetat? Verùm nimis diu hæc res me detinuit. Redeo ad id, à qvo fui digreſſus, ſcilicet, Eccleſiaſten non debere in maledictis verſari, ſermonisq; turpitudine incandeſcere: Nunqvam ſacrâ Cathedrâ utatur, qvaſi Catapultâ, è qva

ſcom-

Landesbibliothek Oldenburg

ſcommatum & inſectationum tela, in eos vibret, qvi vel contrariæ ſunt ſententiæ, vel à quibus ſeſe læſum fortè exiſtimet. *Vir prudens tacet*, ait Salomo, divino dictante Spiritu, Proverb. 11, 12; ac iterum: *Honor eſt homini, qvi ſeparat ſe, à contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis*, Cap. 20, 3. Lutherus ἐμφατικῶς: Aber / die gerne haddern / ſind allzumal Narren: Qvin &, *maledictio illorum*, ut Verba Syracidis, huc applicem, *auditus eſt gravis*, Cap. 27, 16. Lutherus denuò ſignificanter: Es iſt verdrießlich zu hören / wenn ſie ſich ſo ſchelten. Nihil, credas, utilius, qvàm ἀληθεύειν, ἐν ἀγάπῃ; nihil etiam perniciosius, qvàm fervens ſermonum, ac tantùm non jurgiorum æſtus, ut major non poſſit eſſe Oceani, illis in locis

*Europam Libyamq; rapax ubi dividit unda.*

Ritè D. J. Frid. Mayer: *Convitia*, inquit, *excogitare, qvibus proſcindas, & conſecteris diſsidentem, uti cum manſvetudine Chriſtiana minimè convenit: ita hominibus ingenuis & æqvis, talis Eccleſiæ Miniſter, ridiculus videbitur, ac ſimilis ei, panem fermentatum, qvi fermentô, velit dulciorem reddere.* Vid. Diſſert. de Religione Suggeſti, Aphoriſmô 1. Pacem nobis commendat Fides, & DEI cultum, χωρὶς ὀργῆς; Siſtit etiam exemplum Chriſti, *qvi cum malediceretur, non maledixit*, 1. Pet. 2, 23. Vetat itidem, *malum pro malo, aut Convitium reddere, pro Convitio*, 1. Pet. 3, 9. Nam utut noſtri poſſimus eſſe Advocati, injurias tamen retorqvere, nil aliud eſt, quàm Diaboli Monetâ ſolvere.

Hæ-

Landesbibliothek Oldenburg

Hæreat igitur ſemper in memoria, illud Auguſt ini, ad Petilianum: *Si ego tibi vellem, pro maledictis maledicta rependere, qvid aliud, qvàm duo maledici eſſemus? ut ii, qvi nos legerent (audirent) alii deteſtatos abjicerent, ſanâ gravitate, alii ſvaviter haurirent, malevolâ Voluntate.* Nec eſt, qvod Spiritui cuidam heroico, *turpes iſtos, impotentium animorum,* ut *Grotius* alicubi loqvitur, attribuas *fœtus*; nam qvis Ethnicus unqvam, ut de Chriſtianis, nihil allegem, talia virtutis heroicæ agnovit effecta? Heroicum qvod eſt, non eſt aggregativum injuriarum; ſed parviputativum earundem, & abſorptivum difficultatum, qvæ à piô, deterrere poſſunt humanitùs inceptô. Hæc eſt ratio Spiritûs heroici! Aſt zelus Rectoris Eccleſiæ, qvi extra maledicta eſſe debet, debet etiam eſſe

2. *Extra Verbera.* Vinolentiam & Violentiam ſociat Apoſtolus, & utramq; diſſvadet fervidiſſimè. *Ne ſit,* ait, *Epiſcopus vinoſus,* (Bacchi flore, qvi largiùs ſeſe adſpergat, qviq; pretioſiore, amicitiam haut ſanciat, pignore, qvàm bibendo,) *nec* πλήκτης, *percuſſor,* cujus manus, ad percutiendum, ſint præcipites, 1. Tim. 3. 3. Medicus eſt. *Hic* autem, enunciante Chryſoſtomo, *minimè percutit; ſed etiam, ſi ab ægro fortè percuſſus fuerit, corrigit, emendat & curat.* Paternè itaq; inobedientes ac contumaces, objurgare debet, nec furiosè, nec tyrannicè. Er ſoll die Ubelthäter und Sünder / ſic præſentem textum παραφράζει Theologorum Gemma *Hier. Wellerus,* in pio ac erudito libello, de officio

M eccleſ.

eccleſ. polit. & œconom. mit dem Worte GOttes ſtraffen und ſchrecken/ und nicht mit dem Schwerdt fechten/ noch damit ſtraffen/ das iſt/ er ſoll weder Kriege führen/ als die Päbſte thun/ noch ſich ſelbſt mit der Fauſt vertheidigen. Aptiſſimè in rem, Jus Canonicum. *Epiſcopum*, inqvit, *non ita iraſcibilem & perturbati ſensûs eſſe oportet, ut percutiat, qvi debet eſſe patiens; ſed ſeqvatur eum, qvi dorſum poſuit, ad flagella.* Decr. prim. Pars, Diſt. 45. Atqve hoc, ut eò fortius & efficaciùs ſtatuminetur, mox Epiſtola Greg. ad Joh. Epiſcop. Conſtant. conſcripta ſubjungitur: *Qvid de Epiſcopis*, (ſunt formalia verba) *qvi Verberibus timeri volunt, Canones dicant, benè Fraternitas veſtra novit. Paſtores enim facti ſumus, non percuſſores: Et egregius Prædicator dicit: Argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina; nova verò atq; inaudita eſt iſta prædicatio, qvæ Verberibus exigit fidem*, Cap. I; & Cap. VIII. *Epiſcopum, Presbyterum aut Diaconum, Verberibus timeri qværentem, ab officiò dejici, præcipit*, annexâ ratione, *qvia nuſqvam id docuit Dominus. Econtrariò verò ipſe cum percuteretur, non repercutiebat, cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.* Utinam hæc inter Pontificios, à Clericis, obſervarentur exactiùs, nec praxis eorundem, in faciem contradiceret allatis! At enimverò, qvàm avidi ii ſint pugnæ, & qvàm prompti ad arma, perpalàm multoties evaſit. Plurimi certè non ſunt *Salomones*; ſed *Viri bellorum*, imò *Viri ſangvinum*; *Martis* potiùs, qvàm *Chriſti Filii.*

Rectè

Recte illuſtris *Theod. Reinking:* Jetzo werden die meiſten und vornehmſten Welt-Händel / durch die Herren *Patres, Cardinäle* / die doch *ſummi Pontificis Fratres, proximi à latere, &* *Cardines Eccleſiæ* heiſſen / verrichtet / *juxta illud: Qvicqvid agit mundus, Monachus vult eſſe ſecundus:* Ja / bey den blutigſten Kriegen / ſind ſie auch gern *ſummi belli Duces*, und *Generalen* / wobey dasjenige / was in Jure feudali 2 Feud. Tit. 109 geſchrieben: *Miles Chriſti ſerviat Chriſto: Milites ſeculi ſerviant ſeculo:* Et 2 Feud. Tit. 21: *Deſiit eſſe miles ſeculi, qvi factus eſt miles Chriſti*, bey Seite geſetzet wird. Wie *S. Petrus* der Apoſtel / mit ſeinem Schwerdt hervor wiſchte / und des Hohen-Prieſters lauſichten Knecht *Malcho*, nur ein kahl leichtfertig Ohr abhieb / muſte er ſein Schwerdt bald einſtecken / und bekam einen gewaltigen Verweiß dazu / daß er nachgehends wol kein Schwerdt mehr wird geführet haben: Wie viel hundert aber werden jetzo unter der Conduite, und Krieges-*Direction* der Cardinäle und Geiſtlichen / in den blutigen Kriegen / unter den Chriſten ſelbſt / die auch gar einerley Religion ſeynd / hingerichtet? Bibl. Policey / Lib. 1. Axiom. 34. pag. 67. Hiſtoria, de Loricâ *Epiſcopi Belluacenſis*, à *Richardo, Rege Angliæ*, in bello capti, ad *Cœleſtinum Pontificem*, hiſce verbis: *Vide an Tunica Filii tui ſit, nec ne?* transmiſſâ, Lippis & Tonſoribus, ut dici ſolet, eſt nota, Matth. Pariſ. in Hiſt. Anglic. Et qvem fugit, *Papam Julium II. Facem bellorum & diſcordiarum*, in Hiſtoriis paſſim nuncupari? de qvò etiam, nec ineptè, nec incongruè Nonnemo:

*Bella movet JULIUS, gerit arma & ſangvine gaudet,*
*Nimirum, PAULUM prætulit ille PETRO;*
*PAULUS habet gladium, ſed non ferit; occidit illo:*
*At malus hic multis, intulit exitium.*

M 2 Oqvan-

O qvantùm hic Julius à Petrô! Numne tu eundem Chriſti Vicarium dices? Verùm ſi *Rex David*, ob bella legitimè geſta, Domino non potuit templum, lapideum ſaltim & umbratile, conſtruere, qvid ad amplificandam Chriſti Eccleſiam, facient illi, qvorum Manus innocentum ſangvine ſunt conſpurcati ac contaminati? In novo fœdere Epiſcopus debet eſſe ἄμαχος, h. e. *alienus à pugnis*, 1. Tim, 3, 3. Signanter dico, *in novo fœdere*, nam in veteri, hæc duo facilè coibant in unum, ſcilicet, initiatum eſſe ſacris functionibus, & eſſe militem; aſt in N. T. ubi laborioſior miniſterii eſt occupatio, idipſum non procedit. Vid. Tit. 1, 7. Zelus Doctoris eccleſ. ſit qvoq;

3. *Extra internecionem, ſeu ſangvinis humani profuſionem. Erudi filium tuum, ne deſperes*, ait Salomo, *ad interfectionem autem ejus, ne ponas animam*, Prov. 19, 18. Hoc, & corporalis & ſpiritualis Pater, ſibi dictum putet. Nota ſunt axiomata: *Ne ſis nimis juſtus: Summum jus, ſumma ſæpe injuria: Culpa eſt, totam perſeqvi culpam. Qvi neſcit parcere, neſcit & punire.* Qvocirca animarum medicamenta, haut fieri debent, earundem trucidamenta, nec medicina ſalutaris correptionis, vertenda eſt in gladium perſecutionis. Virgis cædit Pater, non verò ignibus ſævit. Bellè Auguſtinus Hipponenſ: *Duo ſunt nomina: Homo & Peccator. Qvia Peccator eſt corripe, qvia Homo eſt, miſerere.* Exercent Pontificii, (nam lanienæ ipſorum, Inqviſitiones, & ſimiles crudeli-

delitatis officinæ, ſat liqvidò nobis conſtant,) ſævitiam in omnes, qvi placita Papæ non exoſculantur, & contra ejus errores, vel ſentiunt, vel loqvuntur, qvàm violentiſſimè, Proteſtantesq;

*Enſe, Rota, Ponto, Funibus, Igne necant.*

Et tametſi Clerici ex ipſis, reſpondeant: *Nos non debemus aliqvem interficere*, Magiſtratui tamen politico, Lutheranum tradunt & Reformatum, & ſi hunc dimittat, amicum Cæſaris, aut rectiùs ut dicam, Pontificis, eſſe negant. At enim verò, nonne ſupra modum peccans peccatum eſt, per id, qvod eſt optimum, homini afferre exitium? Pia diſciplina ſit zelus, non verò atrox carnificina; Chirurgica modeſtia, non verò trucidans inſania; baculus erudientis Patris, non verò gladius in ſubditos furentis. Imitemur Chriſtum, qvi clamitat: *Diſcite à me, nam mitis ſum, & humilis cordê*, Matth. 11, 29. Tantùm abeſt, ut hic Zizania voluerit extirpari, ut potiùs, ne frumentum extirparetur, uſq; ad meſſem, relinqvi eadem præceperit: Tantùm abeſt, ut ipſe aliorum ſangvinem voluerit effundi, ut ipſe ſuum potiùs effuderit: Tantùm abeſt, ut nos alios ferire voluerit, ut potiùs, ſi nobis feriatur mala dextera, ſiniſtram obvertere injunxerit: Tantùm abeſt, ut aliis nos malum inferre voluerit, ut bonum potiùs, pro malo, juxta ipſius juſſionem, ſit reddendum. Profectò, ut in ipſa Religione; ſic in defenſionis genere falluntur Romanenſes-Catholici. *Defendenda eſt*, loqvar cum *Lactantio*, *Religio, non oc-*



Landesbibliothek Oldenburg

*sidendo, ſed monendo: non ſævitiâ, ſed patientiâ (ſapientiâ): non ſcelere, ſed fide. Illa enim malorum ſunt, hæc bonorum. Et neceſſe eſt, bonum in religione verſari, non malum. Nam ſi ſangvine, ſi tormentis, ſi malô, religionem defendere velis, jam non defenditur illa; ſed polluetur atq; violabitur. Nihil enim eſt tàm voluntarium, qvàm religio, in qvâ, ſi animus ſacrificantis averſus eſt, jam ſublata, jam nulla eſt.* De Juſtit. Lib. 5, Cap. 20. pag. m. 419. Egregiè Tertull: *Nihil minùs fidei eſt, qvàm ad fidem cogere:* Præclarè Bernh: *Suſpendite verba, oſtendite ubera.* Venuſtè Aug: *Diligite homines, interficite errores.* Ingenioſè Th. Adami: Machet einen Menſchen/der im Irꝛthum ſtecket/lieber Schamroht/ als Blut-roht. Ignis & gladius hæreticum qvidem perimere poſſunt; ſed non hæreſin. Hæreticum autem, in ſuâ qvi perimit hæreſi, duplex eſt Interfector, animam interficit, temporali, & corpus æternali morte. Exeſto itaq; talis ignatianus Spiritus: Exeſto talis furioſa Severitas (qvaſi ſæva Veritas): Exeſto talis carnificialis Theologia: Exeſto talis impiiſſima, ut ſic dicam, pietas, qvâ nulla major excogitari poteſt crudelitas. In azymo, ut Chriſto fructifices, exerceatur tuus zelus, & non in fermento. *Spiritus ſanctus dicitur mundum arguere,* Joh. 16, 8 Arguere autem, numne eſt jugulare? cremare? mactare? Qvo gladio Anti-Chriſtus eſt occidendus, eô etiam Satellites ejus, i.e. hæretici, ſunt occidendi. Sed ille non corporali, verùm ſpirituali oc-

li occidendus eſt gladio, ergò & illi. Terrori, qvod lubens admitto, & Hæreticis, qvi fundamentales ſpargunt errores, illosq; pertinaciter defendunt, Magiſtratus debet eſſe, ne impunitas peccati iis illecebra fiat peccandi, aſt ad capitale, (modò nudi ſint hæretici) non debet extendi ſupplicium. Sufficit docendi inhibitio, mulcta, carcer, exilium & hujuscemodi alia. Conf. Andreæ Riveti Animadv. in Conſult. de Relig: Annot. 10. pag. 80. D. & Prof. J. Förſteri Tres Dec. Problem. Theol. dec. 2dâ, probl. 6. D. Pomarii ungerechteſten Gewiſſens-Zwang/ contra Hierotheũ Boranowsky. D. Henr. Eckhardi Faſcic. Controv. adverſus Calvin. pag. 653. D. Balth. Meiſn. Philoſ. ſobr. Part. 3. pag. 898 ſeqq. Chriſt. Röhrenſeens Phil. pract. Prof. 4 Diſſertat. mor. de vi, conſcientiis non inferenda. Verùm, qvomodò Zelus Prædicatoris, ulteriùs debet eſſe comparatus?

4) *Sit Lenitate & Charitate conditus.* In ſacrificio Eliæ, ignis è Cœlo delapſus omnem foſſæ aqvam, unà cum limo, exhauriebat qvondam. Sollicitâ providendum circumſpectione, ne flamma zeli, oleum charitatis, pariformiter conſumat. In medio iræ DEUS ſuæ meminit miſericordiæ? Cur non idem faceret Ephorus eccleſiæ? Profectò, cujus totum ſtudium eſt punire, næ is in inferno deberet eſſe, ut adjutor miniſtris eſſet tormentorum. Medium itaq; teneat fervor, ne nimis ſit remiſſus, nec nimis etiam auſterus. Manſvetudo ſine zelo, eſt mollities diſſoluta, & zelus ſine manſvetudine, ira efferata. Qvare ὁ δεῖνα: *Nemo ſibi ſupplaudat de zelo pio, cum mala rabies il-*

*lum*

*lum exagitet.* De Spiritu S. ex ſacratiori novimus ſcriptura, qvod duplici nobis, ſeſe inſinuaverit ſchemate. Schemate *Columbæ*, & ſchemate *ignis*. Aptè, ſi qvid judico, hôc ipſô deſignari poteſt, omnes, qvos Spiritus S. implet, & columbæ ſimplicitate manſvetos, & igne zeli, debere eſſe fervidos. *Sal terræ* vocantur Myſteriorum Diſpenſatores, Matth. 5, 13; ſed ſale, ut conſtat, non niſi in pondere & menſura, uti oportet. Objurgationi igitur nunqvàm non blandi qvid admiſcendum. Elegantiſſimè, ſi uſqvam aliàs, philoſophatus eſt Gregorius magnus, dum in hæc verba deſinit: *Miſcenda eſt lenitas cum ſeveritate, & faciendum qvoddam temparementum ex utroq;, ut neq; multa aſperitione exulcerentur ſubditi, neq; nimia benignitate ſolvantur. Qvod juxta Pauli vocem, benè illa tabernaculi arca ſignificat, in qvâ, cum tabulis, Virga ſimul & Manna eſt, qvia cum Scripturæ ſacræ ſcientia, in boni Rectoris pectore, ſi eſt Virga diſtrictionis, ſit & Manna dulcedinis. Hinc David* Pſ. 23. *ait: Virga tua & baculus tuus ipſe me conſolata ſunt; Virgâ enim percutimur, baculô ſuſtentamur, ſi ergò eſt diſtrictio virgæ, qvæ feriat, ſit & conſolatio baculi, qvæ ſuſtentet. Sit itaq; amor, ſed non emolliens; ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus, ſed non immoderatè ſæviens; ſit Pietas, ſed non plus, qvàm expediat, parcens.* Lib. 20. Moral. in Hiobi Cap. 6. David ait: *Corripiat me Juſtus*; ſed addit: *in miſericordia*, Pſ. 104, 5: Et Pauli monitum hoc eſt: *Fratres, ſi præ-*



Landesbibliothek Oldenburg

*occupatus fuerit homo, in aliqvo debito, vos qvi ſpirituales eſtis, inſtaurate hujusmodi hominem,* ἐν πνεύματι πρᾳότητος, *in Spiritu manſvetudinis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris*, Gal. 6, 1. En! non dicit Apoſtolus: *In manſvetudine*; ſed, *in Spiritu manſvetudinis*, innuens, & hoc, Spiritui S. placere, qvando cum lenitate, & ſvavitate, peccantem corrigimus, cum id doni ſit ſpiritualis. Idem Paulus, cum *Titum* manſvetioris Spiritûs eſſe, intelligeret, poteſtatis ſuæ ſtimulò, eum incitabat: Ἔλεγχε, inqviens, μετὰ πάσης ἐπιταγῆς, *argue, cum omni imperiô*, Cap. 2, 15: Ad *Timotheum* verò, qvi ardentioris ac fervidioris erat ingenii, dicebat: *Increpa,* ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ *in omni lenitate*, 2. Ep. 4, 2. Ex utroq; igitur, tàm piè ſævientis diſciplinæ, qvàm juſtè conſolantis miſericordiæ Spiritu, temperatos, ſuos volebat diſcipulos, Vir Numinis igne calefactus. Spectant huc elegantia & emphatica verba, D. Chriſtoph. Chriſt. **Händels**/ qvæ in certâ qvâdam Homiliâ: Das Ackerwerck GOttes/ inſcriptâ, habet, & ſeqventem in modum, ſonant: Gewiſſenhaffte Prediger müſſen ihre Rede mit Saltz würtzen/ aber nicht mit Gifft: Sie müſſen Wein in die Wunden gieſſen/ aber kein Scheidewaſſer: Sie ſollen eyffern um GOtt/ aber nicht mit Unverſtand: Sie ſollen feurig ſeyn im Geiſt/ aber das Feuer nicht von der Hölle; ſondern auß dem Himmel/ nicht auß dem Pfuel/ der mit Schwefel und Pech brennet; ſondern vom Altar des HErrn/ nicht von denen böſen verdam̃ten Geiſtern/ ſondern von denen Seraphinen holen. Ein Prediger ſoll straffen/ aber nicht durchziehen; ſchlagen/ aber nicht zu Tode/



Landesbibliothek Oldenburg

des HErrn Sache / aber nicht ſeine eigene verkündigen; das geduldige Lam̃ GOttes / die frühgejagte Hindinn / die ſanfftmühtige Taube; aber keinen zornigen Bären / keinen wütenden Hund / keinen hölliſchen Raubvogel predigen. Pag 64.65. Summoperè itaq; cavendum, ne correptio nimis ſit rigida ac tetrica, & immoderatus zeli fervor tranſeat in iram; Aliàs de facili fieri poteſt, ut dum culpæ rubigo abſtergitur, vas tenerum perdatur ac confringatur. Unde autem, rogas, hæc benedicta temperatura? A DEO. Nam, *non ſumus idonei per nos ipſos ad cogitandum qvicqvam, velut ex nobismet ipſis; ſed qvod idonei ſumus, ex DEO eſt*, 2. Cor. 3, 5. Qvocircà Jacobus: *Cui veſtrûm*, inqvit, *deeſt Sapientia, poſtulet à DEO, qvi dat eam omnibus benignè, nec exprobrat & dabitur ei; ſed poſtulet cum fide, nihil diſceptans*, Cap 1, 5. 6. Conſulat, ſi velit Lector, B. Qvenſt. Ethicam paſtor. pag. 259. ſeqq: & eruditiſſimi Gottfr. Arnolds geiſtl. Geſtalt eines Evangeliſchen Lehrers/ ubi à pag. 247 usq; ad 284, multa, in hanc rem facientia, deprehendet. Sed lenitati adjungenda qvoq; eſt charitas. *Qvos amo*, dicit Dominus, *arguo & caſtigo*, Apoc. 3, 19. Ecce! Amor hîc ſiſtitur, ut fons, & arguitiones ſeu caſtigationes, ut rivuli. Ex hoc fonte etiam, ne id lateat, hæ loqvendi formulæ, qvæ per Condeſcendentiam DEO attribuuntur, promanârunt: *O ſi meus Populus auſcultaret mihi, ſi in viis meis ambularet!* Pſ. 81, 14. *Qvare moriemini? O domus Iſraël!* Ezech. 18, 32. *Qvomodo diſponam te, O Ephraim, ut Adama? Po-*

*nam*

*nam te, ut Tzeboim? Sed verſat in me animus meus, ſimul æſtuant viſcera mea, pœnitentiâ,* Cap. 11, 8. *O Hieruſalem Hieruſalem* (addere & iſtud Chriſti liceat) *qvoties volui congregare filios tuos, ut gallina pullos ſuos ſub alis,* Matth. 23, 37. Idem Servator, *Miſericordiâ tactus, flevit ſuper urbem,* Luc. 18, 41: *Cum vidiſſet turbas, miſericordiâ commotus eſt, qvod eſſent deſtituti & diſperſi, ut oves non habentes paſtorem,* Matth. 9, 36: *Aſſumitur ex hominibus Pontifex, qvi commodè poſſit miſerari ignorantes & aberrantes,* Heb. 5, 1. His ſanctis veſtigiis inſiſtat Epiſcopus, nec unqvam Dæmonem, per Beelzebûb ejicere, præſumat. Ἀγάπη οἰκοδομεῖ, ait Apoſtolus, 1. Cor. 8, 1. Die Liebe beſſert und bauet. Qvò vehementior itaq; ipſius ſeveritas, eò profuſior etiam ipſius ſit charitas. Lingva clamet & cor amet. Admodùm præclarè Auguſtinus: *Nunqvam alieni peccati objurgandi negotium ſuſcipiendum eſt, niſi conſcientia noſtra, liqvidò coram DEO reſponderit, dilectione nos id facere. Qvicqvid enim exacerbatô animô dixeris, punientis eſt impetus, non charitas corrigentis.* In expoſit. epiſt. ad Gal. Altiùs qvoq; ſic illabitur oratio. Nam ſi cuncta ab amore proficiſci intelligit Auditor, & id, qvod rigidius eſt & aſperius, in mitiorem interpretatur partem. Qvâ de causâ iterùm Aug. *Dilige & dic qvod voles. Tanqvam Medicis corporis,* ſcribit Carolus Regius, *ſic & animarum, majori qvadam voluntate, obedientia exhibetur his, qvorum ſincerus amor eſt cognitus.* Orat. Chriſt. Lib. 11. Cap. x, pag. 68.

 *ſ.) Ze-*

Landesbibliothek Oldenburg

5.) *Zelus ſit univerſalis ſeu catholicus.* Idq;

1. *Ratione objecti realis.* Adverſus omnes culpas, & perditos mores inardeſcere debet. Nam, in qvibusdam eſſe rigidum, in aliis libertinum, pura puta eſt hypocriſis. Multi avaritiam, mordaci diſtringunt oratione; *Parcus* ipſis eſt *Porcus*; Verùm non æq; adverſus prodigalitatem, zeli gladium exercent. Alii econtrariò, acribus dictis, prodigalitatem flagellant, & *Prodigum* cenſent *Prodigium*; aſt non æq; reprehendunt & caſtigant avaritiam. Zelus autem Evangelici Paſtoris, univerſalis debet eſſe, hoc eſt, nullius peccati facere exceptionem.

2. *Ratione objecti perſonalis.* Ne agnòſcat facies nec reſpiciat perſonas. Æqva lance tàm ad domeſticos vergat, qvàm ad extraneos; tàm ad ſeniores, qvàm ad juniores; tàm ad ſuperiores, qvàm ad inferiores. Ignem imitetur, elementum iſtud vivax & activum; hoc nihil reſpicit, & nulli parcit. Ne itaqve parcat

α) *Proximis atq; Amicis. Qvi dixit Patri ſuo & Matri ſuæ: Neſcio vos; & Fratribus ſuis: Ignoro illos, & neſcierunt Filios ſuos, hi cuſtodierunt eloqvium tuum, & pactum tuum ſervaverunt,* dicit Moſes, Deut. 33, 9. Ratio Status, ut communi fertur adagiò, hat weder Vater noch Mutter/weder Bruder noch Schweſter/ qvod ipſum, ad zelum, non incommodè transferri poteſt. Idcircò etiam *pius Rex Aſa, Matrem ſuam Maacha, qvæ in luco fecerat idolum, ne princeps eſſet,* amo-

*amovit*, 1. Reg. 15, 13, neq; id ſine gravi ratione; nam utut diligendus à nobis ſit Generator, ſemper tamen præponendus eſt Creator. Mandata poſterioris tabulæ, pendent à priori. Et paucis, ut multa complectar, zelus omnes illos ſibi putat inimicos, qvi hoſtes ſunt DEI triunius. Ne parcat

β) *Senioribus*. Apoſtolus Petrus, cum propter Judæos, ne eorum incurreret reprehenſionem, cum Ethnicis convivari nollet, Paulus publicè eundem, coram omnibus taxabat, dicens: *Si tu cum ſis Judæus, gentiliter vivis, ac non judaicè, cur Gentes cogis judaizare?* Gal. 2, 14; qvorum verborum ſenſum magnificus Seb. Schmid: hôc modô, expreſſit: *Si tu Judæus* (nativitate verſ. 15) *exiſtens, vivis in Chriſtianiſmo tuo ethnicè, nulla faciens bona opera, ſive ceremonialia, ſive moralia, ut per ea juſtificeris, atq; adeò non judaicè, ut exiſtimes ad juſtificationem neceſſaria; quare facis ſcandaloſô factô tuô, & qvidem in re merè ceremoniali, ut gentes, ſibi judaizandum eſſe, ſeu facienda ſibi eſſe tàm ceremonialia, qvàm moralia opera, ut inde juſtificentur?* Comm. in Epiſt. ad Galat. pag. 53. Conf. etiam Problem. D. Benedicti Aretii, Part. 2dam, Locum CII. de ſimulatione Petri, pag. 88. ſeqq. Addo, ſi ſeniorem junior, poteſt docere ac conſolari, qvidni & arguere ſeu reprehendere? De ſimilibus, ſimile eſt ferendum judicium. Facit huc, illud Pauli: *Nemo tuam juventutem deſpiciat*, 1. Tim. 4, 12; Et illud Eſaiæ: *Peccator centum annorum maledictus erit*, Cap.

 65, 20.

65,20. Qvodſi etiam Liberi, Parentes, qvando prævaricantur, licitè ac conſcienter corripiunt, Deut. 33, 9; Hoſ. 2,1; Matth. 10, 37. Vid. etiam D. Hein. Müllers Theol. Bedencken/von der brüderlichen Beſtr. Dykens Noſce te ipſum Cap. 28, 4 propriet. pag. 491 ſeq. Auditores itidem ſuos Præpoſitos, juxta illud Gregorii, in jure Canon. c. Sicut 2, q. 7. *Sicut laudabile eſt & diſcretum, reverentiam & honorem præbere Prioribus: ita rectitudinis, & DEI timoris eſt, ſi qvæ in eis ſunt, qvæ correctione egeant, nullâ diſſimulatione poſtponere.* Conf. B. D. Mengerings Scrutinium Conſcient. Catech. pag. 1405. Cur non & junior Eccleſiæ Miniſter, ſeniorem? Abſit tamen Diotrephica poteſtatis uſurpatio! Egregia ſunt Verba, qvæ Vir illuſtris Ludow. à *Seckendorff*, hanc in rem habet, qvæ etiam, huc appingere non pigrabor; Es rettet einen Prediger im Gewiſſen nicht/ wenn er ſich blind und bloß auf die *Superiores* verlaſſen/ und wo dieſelben etwan/ zu wenig oder zuviel thäten/ gar ſtillſchweigen/ und nur ſchlechthin/ was man ihm befiehlet/ thun ſolte; ſondern er iſt befugt und ſchuldig/ nach GOttes Wort und Gewiſſen/ auch bey den Vorgeſetzten zu reden/ und zu erinnern. Ein Exempel deſſen gibt *S. Paulus*, der verſchwieg dem *Petro* nichts; der war zwar nicht ſein vorgeſetzter Pabſt/ zum wenigſten aber der älteſte Apoſtel/ und der Kirchen vornehme Seule. Man hat auch in den Hiſtorien löbliche Exempel/ daß geringe *Clerici* durch ihre wolgegründete Erinnerung/ die Irrthümer der Biſchöffe verhütet. Und wie wolte das gantze *Reformations*-Werck zu behaupten ſeyn/ wenn der ſeel. *Lutherus* ſich nur an ſeine Vorgeſetzte gekehret/ und die Warheit göttlichen Worts/ nicht allen ihren Geboten vorgezogen hätte?



Landesbibliothek Oldenburg

Chriſten-Staat/pag. 706. ſeq. *Objicis: Seniorem ne increpato; ſed hortare ut Patrem, juniores ut fratres*, 1. Tim. 5, 1. Reſp. Signant hæc ſolummodò taxationem privatam. In hâc mediocritas, ſecundum ætatis & ſexus gradus, eſt obſervanda. Scitè Gregor. Magnus: *Hæc regula*, inqvit, *in eo eſt ſervanda, cum culpa ſenioris exemplô, ſuô, non trahit ad interitum corda juniorum. Ubi autem Senior, Juvenibus exemplum, ad interitum præbet, ibi diſtrictâ increpatione feriendus eſt.* Lib. 7. in 2 Epiſt. ad Tim. c. 1. Leguntur hæc verba etiam, in Corpore Juris Canon. Decr. 2da part. Cauſ. 2, Qvæſt. 7, Cap. 28, pag. 152. Aliàs autem conſtat, qvod Paulus ipſe, Petrum, & ætate & primitate Apoſtolatus ſuperiorem, *publicè corripuerit*, Gal. 2, 14. Ac idem Phariſæis & Sadducæis fecit Johannes Baptiſta, uti novimus, ex Matth. 3, ſeqq. Unde qvoq; non inſipidè B. Luth: Es ſeynd die Biſchöffe und geiſtlichen Höhen härter und mehr zu ſtraffen/ denn die weltlichen Höhen/ Tom. 7. Witteb. pag. 330. Sed nec porrò Zelus Speculatoris parcere debet

γ) *Maximis ac Summis.* Patet hoc

א *Ex dictis: Tu debes arguere proximum tuum, ne habeas ſuper illô peccatum*, Lev. 19, 17. *Tu*; Ergò nemo ſe debet excipere, nam ad qvem Deus non poteſt dicere *Tu? Debes*; Non itaq; eſt res noſtri arbitrii, ſed obligamur ad id, neceſſitate præcepti divini: *Arguere*; Et Verbis & geſtibus, idq; non privatim duntaxat; ſed & publicè. Verba enim Scripturæ in tan-

tanta latitudine ſunt accipienda, in qvanta poſſunt, ne citra neceſſitatem, vim eorum imminuamus: *Proximum tuum*; Et qvidem juſſa dominica, qvando violavit ipſe; nam ſani non opus habent Medico. Sed qvis eſt Proximus noſter? Omnis homo; non tantum Corydon de Stiva, ſed & is, qvi in ſummo ac faſtigiatiſſimo dignitatis gradu, eſt conſtitutus. Vid. Dn. Licent. Scharffs/ Lüniſche Rechnung/ pag. 526. Qvare autem, hoc arguere, non eſt intermittendum? *Ne habeas ſuper illô peccatum*, ne tuum ſilentium fratri in damnum, & tibi in damnationem cedat. Multi ajunt: *Numne ego Fratris mei ero Cuſtos? Qvid ad Romanos, qvod Græci moriantur? Si proximus peccat, ipſe reus eſt culpæ.* Aſt abſit talis incogitantia: Utiq; alter alterius eſt Cuſtos. *Mandavit illis unicuiq; de proximo ſuo*, dicit Eccleſiaſticus, Cap. 17, 12 Gott befahl einem Jeglichen/ ſeinen Nechſten/ Luth. Qvod ſi igitur unicuiq; ſuum proximum, qviſqvis etiam fuerit, corripere incumbit, qvantò magis, publico id incumbet Eccleſiæ Miniſtro? Dicis: *Corrigat itaque Eccleſiaſtes, Summos qvoq; & Maximos; ſed privatim, & non in præſentia totius Eccleſiæ.* Reſp. Secundum præcepta dominica, nos agere oportet: Qvid autem Dominus ad nos? Τȣ̀ς ἁμαρτάνοντας, *peccantes* (En! nemo hîc excipitur) *coram omnibus increpa*, 1. Tim. 5, 20. Et qvid ſodes Eſaias? *Clama* (non ſatis igitur, in aurem inſuſurrare, aut ad inſtar avium pipire, rem ſubinnuere & ſubindicare; ſed contra cla-

man-

Landesbibliothek Oldenburg

mantia peccata, clamandum,) *ne ceſſes* (pernicioſa tepiditas abjicienda, nec ab inchoatô bonô laſſeſcendum) *qvaſi tuba, exalta vocem tuam,* (ne ſit, qvi dicat: Hoc non audivi, id mihi non fuit dictum!) *& annuncia populo meo* (publicè etiam, absq; perſonarum reſpectu) *ſelera eorum, & domui Jacob peccata eorum,* Cap. 58, 1. *Canes mutos,* nec valentes nec volentes latrare, *odit Dominus,* Eſ. 56, 10. Hinc Paulus ad Timoth. & qvemlibet, qvi eôdem, qvô Timotheus, defungitur officiô: *Prædica ſermonem, inſta tempeſtivè, intempeſtivè, argue, objurga, exhortare, cum omni lenitate ac doctrina,* 2. Epiſt. 2, 2. Sed plura dicta nunc eqvidem non citabo. Colliqveſcit porrò, qvod Zelus Prædicatoris, nec Maximis & Summis, parcere debeat

ב *Ex exemplis.* Nolo hìc Salvatoris allegare exemplum, de qvo etiam, vel ipſiſſimi hoſtes: *Scimus, te eſſe veracem, & viam Dei, in veritate docere, nec qvenqvam curare. Non enim reſpicis perſonam hominum,* Matth. 22, 16. En! nec favore, nec timore, à Judicii Veritate deviabat Chriſtus, nec externas, ex conditione & ſtatu hominis provenientes, reſpiciebat qvalitates; ſed æqvali ſuppliciô, & primogenitum Regis, in ſolio ſedentis, & filium ancillæ, in mola molentis, damnabat. Appoſitè Seneca: *Qvemadmodum ſtultus eſt, qvi eqvum tentaturus, non ipſum adſpicit; ſed ſtratum & frenos; ſic ſtultiſſimus eſt, qvi ex Veſte ſive Conditione, hominem exiſtimat.* Aſt, ut innui,

exemplum *Chriſti* impræſentiarum, non urgebo. Adducam ſolummodò exemplum *Nathanis*, *Micha*, *Joh.Bapt.Stephani*,&c. De*Nathane*,qvi Regi *Davidi*, à conſiliis ſacris,& concionibus aulicis fuit, nemini non eſt manifeſtum, cum magnâ invectivâ adverſus *Davidem*, poſtqvam ille, ſub alienâ perſonâ, contra ſeipſum, capitalem tulerat ſententiam, fuiſſe uſum. *Tu es ille*, inqviebat, *Vir mortis. Non recedet gladius, de domo tua* &c. 2 Sam. 12, 7.10. Qvàm acriter etiam Propheta Micha, in *Principes Jacob*, & *Duces domus Iſraël*, detonuit? *Numqvid*, ait, *non veſtrum eſt, ſcire Judicium, qvi odio habetis bonum, & diligitis malum: qvi violenter tollitis pelles eorum deſuper iis, & carnem eorum deſuper oſsibus eorum; Qvi comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriaverunt: & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſimul in lebete; & qvaſi carnem, in medio ollæ*, Cap. 3, 1 2.3. Ex his Verbis, ſeqvens extraxit Morale, Vir celeberrimus, D. Joh. Schmidt: *Pium*, inqvit, *Eccleſiæ Miniſtrum decet, in Concionibus, Correctiones à Magiſtratu ordiri, Vitam ejus, mores & actiones, ad normam divinarum legum exigere, & qvæ tum committendo, tum omittendo commiſſa ſunt, prudenti zelô corrigere.* Vid. ejus Comment. in Proph. minores, pag. 822. Graviter qvoq; *Phariſæos* & *Sadducæos* reprehendit *Johannes Baptiſta*, Matth. 3, 7. *Regi* itidem *Herodi*, in faciem objectavit: *Non licet tibi habere, Fratris tui Conjugem, in uxorem*, Matth. 14, 4, & qvidem, ſecundùm Chryſoſto-

Landesbibliothek Oldenburg

ſoſtomi opinionem, in mediô forô, & in magnâ populi freqventiâ. De *Stephano* recenſent Acta Apoſt. qvod *Pontificem maximum*, ejusq; *Aſſeſſores*, his acribus taxaverit verbis: *Duri cervice, & incircumciſi corde & auribus! Vos ſemper Spiritui S. obnitimini, ſicut Patres veſtri, ita & vos*, Act. 7, 51. Sed ſunt hîc, qvi excipiunt: *A Prophetis in V. ad modernos in N. T. Prædicatores, nullam valere collectionem.* Reſp. Cur non, certô reſpectu? Inſtant: *Illi conſtituti ſunt, vocatione extraordinariâ, & immediatâ.* Reſp. Numne itaq; Vocatio extraordinaria tantùm facit *Legatum, Nuncium* atq; *Præconem DEI?* Nonne & hi, qvi mediatè ſunt vocati, poſſunt dicere: *Sic de nobis reputet homo, ut de Miniſtris Chriſti, & Diſpenſatoribus Myſteriorum DEI?* 1. Cor. 4, 1. Pergunt: *Varias tamen habuerunt præeminentias, utpote fuerunt infallibiles; donô miraculorum condecorati, nec uni affixi Parochiæ*, &c. Reſp. Hæc omnia haut gravatè largior; aſt qvod ad ipſum, docendi, arguendi, & conſolandi attinet officium, illud peræq;, qvàm ipſis, competit ordinariis N. T. Miniſtris. Optimè cl. Wigand: Ob ſie gleich höhere Gaben gehabt/ und bisweilen in weltliche Regimente haben müſſen weiter greiffen / ſo iſt doch das Lehr-Amt einerley / alſo / daß der armeſte Pfarrer / eben das Wort aus GOttes Befehl predigen / das Geſetz ſeinen Leuten ſchärffen / und das Evangelium predigen ſoll / wie Eſaias / oder ein ander / ob er gleich Eſaiâ / in Gaben nicht mag gleich ſeyn / und wie ſie an gewiſſe Oerter ſind geſandt / ohne Mittel; alſo werden auch wir arme Pfarrlein / an gewiſſe Oerter / durch Mittel /



Landesbibliothek Oldenburg

von GOtt verordnet/ daß wir allda GOttes Wort/ zu des Orts Menſchen/ lencken und *appliciren* ſollen/ und darnach auch mit Schrifften/ nach Erfoderung der Sachen/ gleichfals dienen. Vid. D. Bidemb. Conſilia Theol. Dec. II. Conſil. XI. pag. 234. Abraham multò fortiorem ac excellentiorem, qvam nos habebat fidem, interim tamen & nos fide (qvantumvis parvâ) juſtificamur & ſalvamur, nam non gradus fidei juſtificat & ſalvat; ſed fides ipſa. Nec aliter cum Prærogativis Vatum, in veteri; & Apoſtolorum, in novo Teſt. ſe res habet. Subdit tandem exterus, non infimi Commatis, Theologus, Vir doctiſſimus undiq; *Jer. Taylor*, Epiſcopus Down. & Conner: Die alten/ (ſcribit) Propheten nahmen ſich viele Freyheit aus/ waren ſehr hart in ihren Beſtraffungen/ und machten den Königen Unruhe/ *Amos 7, 10*; Das Volck wurde auch bisweilen mehr als zu ſehr dadurch bewegt; doch wenn die Propheten Auffruhrs beſchuldiget wurden/ ſo verantworteten ſie ſich allein/ mit dem außdrücklichen Befehl GOttes. Daher geſchahe es/ daß/ da Amos ſich ſehr groſſer Freyheit im Beſtraffen gebrauchte/ ihm angeſaget ward/ er ſolte nicht mehr zu Bethel weiſſagen/ weil es des Königs Stifft und Hoff wär. Et interjectis nonnullis: Die Könige ſollen nicht von der Cantzel beſtraffet werden/ denn es iſt ſehr unhöfflich gehandelt/ *ut qvis Crimen audiat, eô locô, qvô refellendi copia non ſit*, wie der Römer ſagt/ wenn man Jemand an einem ſolchen Orte beſtrafft/ da er/ aus Ehrerbietung gegen die Religion/ ſich nicht verantworten darff. Duct. Dubitant. drittes u. viertes Buch/ p. 462. Reſp. Aſperiora hæc eqvidem, fateor, ſunt, qvàm ut à Viro, Theologiam profeſſo, expectari potuiſſent. Numne limites modeſtiæ transgreſſi ſunt veteres

Pro-

Prophetæ? numne majori, qvàm par erat, licentiâ uſi? Unde iſtud firmabitur? Expreſſiſſimam, ut Autor concedit, habuerunt ſuarum Correptionum, juſſionem Dominicã, numne itaq; nimia effrenisq; iisdem attribui poteſt παῤῥησία? Sie waren hart in ihren Beſtraffungen/ ait Theol. nominatus. Aſt, inſana & tabentia Regum ac Principum membra, acri remediô erant corrigenda. Sie machten den Königen Unruhe. Reſp. Felices, credas, & benedictæ hæ erant inqvietationes; Vetus duntaxat in iis, turbabatur Adam. Das Volck wurde auch bisweilen/ mehr als zu ſehr/ dadurch bewegt. Reſp. Id qvoq; fiebat, partim, cum Chriſtus Bethlehem eſſet natus: *His auditis, Herodes Rex turbatus eſt, & tota Jeroſolyma, cum eo*, Matth. 2, 3; Partim, cum Jeroſolyma introiiſſet: *Cum introïſſet Hieroſolyma, commota eſt univerſa Vrbs, dicens: Qvis eſt hic?* Matth. 21, 10. Verbô! Numne diſſidiorum ſatores nuncupabimus Prophetas? Die Könige (finit) ſollen nicht von öffentlicher Cantzel beſtraffet werden. Reſp. Ubi Scriptura non excipit, ibi & nobis, exceptionem comminiſci, piaculum eſto. *Qvi publicè peccat, publicè eſt corripiendus, ut & cæteri timeant*, ita Apoſtolus rotundè 1. Tim. 5, 20. Aber/ es iſt unhöflich gehandelt/ *ut qvis crimen audiat eô locô, qvô refellendi copia non ſit*, wie der Römer ſagt. Reſp. Hôc pactô, nullus publicè eſſet reprehendendus. Sit *inciviliter*, juxta principia mundi; non tamen eſt *inciviliter*, juxta Axiomata Chriſti. Romani dictum non moramur, cum di-



Landesbibliothek Oldenburg

ctum Pauli, modò citatum, nobis ſit inſtar omnium. Sed huic diutiùs immorari non vacat. Zelum Eccleſiaſtici Præſulis, & adverſus Maximos debere exurgere, patet ulteriùs

ג *Ex Rationibus.*

1. Miſer eſt Imperator, cui vera reticentur.

2. Deus neſcit ſuperiorem; ſic ne Miniſter Dei, qvando in cathedra ſtat concionatoria. Annunciat Voluntatem ejus, qvi ipſum miſit, omnibus, & corripit ſine diſcrimine, qvi publicè, peccatis ſe ſordidare non erubuêre. Magiſtratus hallucinans, pertinet ad *mundum*, de qvo Johannes: *Totus jacet* ἐν τῷ πονηρῷ, *in malo*, 1. Ep. 5, 19, h. e. in *Anti-Chriſto*, ut Autor Demonſtr. Allegoriæ hiſtoricæ autumat, p. 24; ſed ſaniùs eſt, de *Diabolo*, Eph. 6, 16; 2. Theſſ. 3, 3, & de *peccato*, originem à Diabolo habente, idipſum explicare, Vid. B. Speneri Paraphraſin hujus Epiſtolæ, pag. 589. Hunc mundum autem arguit Spiritus S. Joh. 16, non qvidem immediatè, (ſuggeſtum enim non ſcandit) ſed mediatè, per ſuos Servos ac Miniſtros. Ergò nec Summi, qvando legem DEI transgrediuntur, à redargutione eccleſiaſticâ, qvam Chirurgiam affectionum animæ, non ineptè dixeris, ſunt excepti.

3. Si illi, qvibus diſpenſatio verbi eſt commiſſa, Reges, principes & alios in dignitate poſitos, publicè poſſunt *docere* & *conſolari*, qvidni & publicè eos *corripere* & *arguere*? Qvod enim valet in re pari, valet etiam, in re compari. Præſtat peccata horum Dominantium a-

criter

criter increpare, qvàm leniter diſſimulando nutrire. *Propheta tui*, (ita Hieremias ad Filiam Jeruſalem) *viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperuerunt iniqvitatem tuam*, Lament. Cap. 2, 14. Luth: Sie haben dir loſe und thörichte Geſichte geprediget/ und haben dir deine Miſſethat nicht geoffenbaret. Prohibeat Dominus, ne hæc & talia, ad rerum culmina adeptos, in die dicantur Judicii!

4 Si Magiſtratus, ſuum non facit officium, ibi nec Subditi recte vivunt, juxta illud:

*Scilicet, in vulgus manant exempla Regentum,*
*Utqve Ducum lituos, ſic mores caſtra ſeqvuntur.*

Wenn nun kein Samuel iſt/ (loqvar cum D. Joh. Pandocheo) der den König Saul ſtrafft/ 1. Sam. 15: Wenn kein Elias iſt/ der den König Ahab ſtrafft/ 1. Reg. 15: Wenn kein Johannes der Täuffer iſt/der dem Könige *Herodi*, ſeine Sünde unter Augen ſagt/ Marc 6: Wenn kein Amos iſt/ der den gemeinen Hauffen ſtrafft/ ja/ wenn das Am̃t Moſe/ mit ihm wil gar begraben ſeyn/ alſo daß man ſein Grab nicht wiſſe/ noch finden könne/ Devt. 34: Und weñ man nicht mit der einen Hand bauet/ und mit der andern wehret/ Nehem. 4, ſo geht es/ wie es kan/ ſo wird Iſraël loß/ Exod 32, es lebet und thut ein jeglicher nach ſeinem Gefallen. In Præf. Praxi eccleſiaſticæ M. Aviani præfixâ.

7 *Authoritatibus Theologorum & Jure-Conſult.* Ex Theologis, cito

1 *B. Lutherum*: Das ſind gifftige und fährliche Prediger/ ſcribit ipſe, die einen Theil allein vor ſich nehmen/ ſchelten die Herren/ auff daß ſie den Pöbel kützeln/ und den Bauren hofieren; oder wiederum/ ſchelten den Pöbel/ daß ſie den Herren heucheln; ſondern es heißt/ alle beyde Theil in einen Topff gehauen/ und ein Gericht daraus gemacht/ einen wie den andern. Denn das Predig-Am̃t iſt nicht ein Hofe-Diener oder

Bauer-

Landesbibliothek Oldenburg

Bauer-Knecht/ und ſein Befehl gehet über Herren und Knechte/ ꝛc. Tom. 5. Altenb. pag. 28. ſeq.

2 B. *Joh. Gerhardum. Qværitur*, ait ille, *an liceat Miniſtris Eccleſiæ, Magiſtratum peccantem, publicè arguere?* Affirmat, & id, qvod dixit, ſolidè, in ſubſeqq. demonſtrat. Loc. Theol. Art. de Miniſt. Eccl. § 287. pag. 330.

3 B. *Frid. Balduinum. Durities*, inqvit, *Tyrannis, & injuſtitia aperta, per Miniſterium Verbi eſt taxanda, qvemadmodum Moſes Pharaonem, Eſaias & Jeremias Nebucadnezarem, Elias Achabum, ob ſimilia flagitia reprehendit.* Caſ. Conſc. Lib. 4. Cap. 1. Caſ. 6. p. 788. ſeq.

4 B. *Joh. Conr. Danhauerum. Si*, e. g. *Aaron*, dicit, *cum populô, vitulo litet aureo, tum epidemicum malum, epidemicam qvoq; medicinam exigit; Vel enim tacebis, canis eris mutus; Vel elenchum deſtringes in ſolum populum, eris paraſitus: Si in ſolum Magiſtratum ſeparatim, fortè prohibentem, ne palàm Crimen caſtigetur, tunc grex errans non reducetur, & peribit immonitus Frater, pro qvo Chriſtus mortuus eſt.* Devteron. Danhauwer. pag. 411.

5 B. *Joh. Andr. Qvenſtedium. Non ſolùm*, ait is, *Subditorum & hominum plebejorum; ſed etiam Regum, Principum & Magiſtratuum, aliorumq; hominum, in dignitate poſitorum, peccata & flagitia arguat & reprehendat, privatim ac publicè.* Hæc in exegeſi fuſiùs proſeqvitur, multisq; rationibus urgentibus, ſtrenuè it roboratum.

6 B. *Joh. Ludov. Hartmannum. Qvod Magiſtratûs*

Landesbibliothek Oldenburg

tûs *Vitia*, ſic ſcribit ipſe, *pro re natâ reprehendere liceat, ex mandato generali liqvet, qvô omnes in univerſum homines, eorumq; peccata arguere jubemur, ſine diſcrimine & exceptione perſonarum*, Eſ. 58, 1. 1. Tim. 5. *Vbi proinde Lex non diſtingvit, aut perſonam qvandam, à communi ſorte non excipit, ibi nec nobis diſtingvere & excipere licet.* Et interpoſitis nonnullis: *Sunt*, inqvit, *Principes & Magiſtratus membra Eccleſiæ, nec hîc ſpectantur aut ſpectari debent, in officio ſuo; ſed ut Oves Chriſti, ut Vocati, ut Peccatores, ut Servi DEI, ut Populus ejus, ut gratiæ indigi. Apud Deum nullus eſt perſonarum Reſpectus. In Eccleſia, Cœmiterio, Cœlo & Inferno, nulla perſonarum differentia habetur.* Paſtoral. Lib. 3. Cap. 3. § 12. pag. 536.

7 B. *Arnold. Mengering*: Qværitur: Ob auch die Obrigkeit zu ſtraffen? Reſpondet affirmativè. Informat. Conſc. pag. 386.

8 B. *Joh. Tarnovium. Verbi divini Miniſter Capita Politiarum diligenter curet, & in officio contineat, non tantùm in genere, de officio Magiſtratus concionans; ſed etiam in ſpecie, ſui Magiſtratus taxet vitia notoria.* Comment. in Prophet. Mich. Cap. 3. pag. 80.

9 *Miniſterium Lübecenſe.* Ein Prediger ſoll das Straff-Amt auch gegen die hohen Stände / und ſeine Obrigkeit (da ſie deſſen bedürfftig) gebrauchen. Denn / wie dem Prediger allerley Stände ſind vertrauet / für deren Seelen er Rechenſchafft zu geben ſchuldig iſt; alſo muß er / nach der Gelegenheit Erfoderung / den Groſſen ſtraffen wie den Kleinen / und für niemands Perſon ſich ſcheuen. Et poſt pauca: Das Straff-

Amt iſt ein Göttliches Gericht/ in GOttes Gericht aber da gilt kein Anſehen der Perſon/ Act. 10, 34. Und hie iſt kein Unterſcheid zwiſchen Herren und Knechte/ Gal. 3, 27; Haben auch alle ein gleiches Gericht zu gewarten/ da Groſſe und Kleine erſcheinen müſſen/ da der Höchſte und Niedrigſte gleich geachtet ſind. Vid. Dunten Caſus Conſcient. 688.

10 D. *Joh. Frid. Mayerum. Corrigendos eſſe peccatores omnes, elenchô morum, nullâ habitâ ordinum dignitatumq; ratione, ſive ſint Magiſtratus, ſive Subditi, ex voce Imperii*, Ezech. 3, *patet, & Prophetarum Michæ, Amoſi, aliorumq;, Johannis Baptiſtæ* &c. *exempla abundè demonſtrant. Egregiam ergò* (ſic ex citatis infert) *adulationem prodit Gretſerus*, Lib. 1. Apol. adverſus monita Societatis Jeſu, pag. 70 *ſcribens: Regum vitia, pro Concione ſtringenda non eſſe*. Muſ. Miniſt. Eccl. Part. 3. Cap. 8. pag. 65.

11 *Pl. Rev. Dom. M. Paul. Frid. Sperlingium.* Der H. Geiſt (ſcribit) wird die Welt ſtraffen. Durch die Welt verſtehet Chriſtus nicht etwan nur den gemeinen Pöbel/ die Bauren/ die armen Bürger/ ſondern auch die Vornehmen/ die es mit der Welt halten/ und ſollten gleich dieſelben Cronen und Scepter tragen. Denn/ gleichwie die Weltliche Obrigkeit/ die Perſon im Gerichte nicht anſehen ſoll/ Deut. 1, 17; Alſo ſoll auch ein Prediger das Anſehen der Perſon nicht achten/ nach dem Exempel unſers Heylandes Jeſu/ Matth. 22, 16; ſondern er ſoll die Groſſen/ wenn ſie es verdienen/ ſo wol ſtraffen/ als die Kleinen. Er ſoll gleich ſeyn einem Spiegel/ welcher einem jeglichen ſeine Flecken zeiget/ den Groſſen ſo wol/ als den Kleinen: Er ſoll gleich ſeyn einem Gärtner/ der nicht nur den kleinen/ ſondern auch den groſſen Bäumen/ ja auch den edelſten Weinſtöcken/ ihre unnützen Reiſer und Reben/ mit dem Meſſer benimmet/

Landesbibliothek Oldenburg

nimmet/damit ſie nicht verderben; ſondern wohl bekleiben mögen. Nicod. qvær. & Jeſus reſpond. Part. 1. pag. 1167. Conf. D. Henr. Müll. Evang. Schluß-Kette/ in Ev. Dom. Cant. pag. 562. Item Dom. J. Feinlers gewiſſenhaffter Prieſter/ p. 113. ſeq.

Ex Jure-Conſultis allego

1 B. *Theod. Reinking: Reg. Dan. Cancell.* Wenn der Geiſtl. Stand / ait, verſpührte / daß ein König / Fürſt oder Obrigkeit / einen unnöhtigen Krieg anheben / oder ſich demſelben ohne Noht *immiſcir*en wolte / iſt er nicht allein befugt / ſondern Ampts halben ſchuldig / darvon mit Chriſtlichen Schrifft-mäſſigen Erinnerungen abzumahnen / und ſolches auch / nach geſtalten Sachen / in öffentlichen Predigten. Et mox: Jngleichen / wenn andere Laſter / als Hurerey / Ehebruch / Todtſchläge / Balgereyen / Wucher / Schinderey / Auffruhr und dergleichen Seuche / bey Herren Höfe / in den Städten und auf dem Lande vorgehen / und nicht ernſtlich beſtraffet werden / alsdenn müſſen die Prediger ihre Stimme erheben wie eine Poſaune / getroſt ruffen / und nicht ſchonen / Eſ. 58. ſonſten wird GOtt das Blut von ihren Händen fodern / wiewol ſolche Buß-Predigten nicht zum beſten auffgenommen werden. Da heiſt es: *Tange montes, & fumigabunt*, Taſte die Berge an / daß ſie rauchen / Pſ. 144 / 15. Vid. ejus Bibliſche Policey / 1. Buch vom Geiſtl. Stand. Axiom. 35. pag. 70. ſeq.

2 B. *Bened. Carpzovium. Impiè*, ſcribit, *agunt, qvi Officium Miniſtrorum Eccleſiæ elenchticum, ita conſtringere adnituntur, ut Magiſtratui ſit parendum, cum tamen hic conſtituatur ex hominibus, qvi labi, errare, decipiq; poſſunt.* Lib. 3. Jurisprud. Conſ. Tit. 9. Defin. 102. § 6. pag. 841.

3 D. *Joh. Georg. Simonem. Qvinam proceſſus ſit obſervandus ſummi Principis Pœnitentiario, ſi Princeps*



Landesbibliothek Oldenburg

*Correptionem clanculùm factam negligat: & an tunc Sacerdos ipſum publicè corrigere & nominare valeat, hîc, tanqvam odioſum, ſcienter omitto. Noverit Princeps ſuum Officium, Miniſterq́; Verbi, hôc in paſſu à lege Conſiſtoriali ſolutus, DEO magis obediendum eſſe, qvàm hominibus.* Vid. Diſput. de Actionibus injuriarum, Sacerdotem concernentibus, Membr. 2. Theſi V. in fine. Conf. Dom. *Harpprecht*, ad § Non ſolùm. Inſtit. de injur. num. 32. ſeqq. pag. 387.

Atq; ſic fuſiſſimè hactenus, & copioſiſſimè demonſtravi, eum, qvi ſtudiis ſacris & divinis eloqviis vacat, nec Summis ac Maximis, per nefas vetitum, qvando ruunt, & ſcelerum ſe conſpurcant lutô, parcere debere. Anteqvam verò ulteriùs progrediar, ea, qvæ hîc ſolent objici, tranſeunter carptimq; ſunt perſtringenda. Obj. *Reges ac Principes venerandi ſunt, ut Dii.* Reſp. Sic eſt. Nunqvam non ipſorum divinus character eſt agnoſcendus. Sed qvi venerandi ſunt, ut Dii, illi arguendi ſunt, ut peccatores. Piè ac exqviſitè B. Brentius: *Vt peccatoribus*, inqvit, *non poteſt eis*, (Regibus ſc. ac Principibus) *honeſtior & utilior honor contingere, qvàm ſi ob peccata corripiantur, ut in peccatorum agnitionem ducantur, & Salutem conſeqvantur. Qvis enim* (ita pergit Vir ſummus) *diceretur honorare hunc, qvem videret in aqvâ ſubmergi, & nollet, honoris gratiâ, capillos Capitis ejus comprehendere, qvò ipſum ex aqva extraheret? Contumelia qvidem eſſet, ſi præter neceſſitatem, temerarias manus, in capillos ho-*

*honeſti aut principis Viri injiceres; ſed ſi id in neceſſitate Salutis facias, Charitas, Beneficium & Honor eſt. Qvi autem in peccata labitur, is certè in profundam aqvarum foveam cadit, & periculum eſt, ne in abyſſum decidat, ac perpetuò pereat. Oſtendere verò peccatum, & arguere, qvid aliud eſt, qvàm capillos lapſi apprehendere, & velle ex aqvis ſervare. Igitur Concionator, qvi honoris gratiâ non vult peccantem arguere, qvid aliud agit, qvàm qvod pereuntem, honoris gratiâ perdit? Hoc verò non eſt honorare, ſed ſummâ injuriâ afficere.* Homil. 30. in Evang. Lucam, pag. 211. Obj. *Concionatores ſunt Regum ac Principum Subditi.* Reſp. Ita eſt, in negotiis hujus ſæculi; aſt non in negotiis DEI & cauſis Conſcientiæ. Vid. D. Gisb. Voëtii Exerc. Piet. p. 693. Ritè P. Martyr, penu ille omnis Theologiæ: *Subjicitur eccleſiaſtica poteſtas Magiſtratui, non ſpirituali ſubjectione, ſed politicâ. Nam qvod ad Sacramenta & Conciones attinet, non ei ſubjicitur, qvia Magiſtratus Verbum DEI & Sacramenta, qvibus Miniſterium utitur, non poteſt inflectere, neq; cogere Paſtores aut Doctores Eccleſiæ, ut aliter doceant, vel ſecus adminiſtrent Sacramenta, qvàm à Verbo DEI præſcriptum fuerit. Miniſtri tamen, qvatenus homines ſunt & Cives, unà cum agris, opibus & poſſeſſionibus ſuis, absq; ulla dubitatione, Magiſtratui ſubjiciuntur. Ita Chriſtus tributum perſolvit, ſic Apoſtoli, ſic tota primitiva Eccleſia, cum eſſent Viri ſanctiſſimi. Mores etiam eorum, Cenſuræ ac Judiciis Magiſtratuum ſunt obnoxii.* Loc. Comm. pag. 901. Conf.



Landesbibliothek Oldenburg

Hülſem. extenſ. breviar. Theol. ut & J. Ad. Oſiand. Colleg. Theol. Part. ſeptim. pag. 184. Obj. *Principi populi non maledicendum*, Exod. 22, 28. Reſp. Arguere locô DEI, non eſt maledicere; ſed officium ſuum facere. Ut neq; Magiſtratus, qvando hunc & iſtum, ob ſcelera, repoſcit ad pœnas, malum pro malo non reddit, ſed bonum potiùs pro malo; *Caro enim affligitur tantùm, ut Spiritus ſervetur*, 1. Cor. 5, 5. Inſt. *Odium, vindicta, invidia, amarulentia, calumnia, &c. non rarò, zelô rectitudinis, veſtiuntur.* Reſp. Mala, non diffiteor, ſunt vicina bonis. Sed allatæ, ſi qvid ineſt roboris, objectioni, à morum elenchô prorſus erit abſtinendum, qvod tamen, ut arbitror, dexteriora, è ſacris edoctus, non facilè admiſerit. Tollatur abuſus, & maneat uſus. Obj. *Vileſcit hôc pactô, Autoritas Magiſtratûs, apud Subjacentes.* Reſp. Vileſcit, qvando neglectô, qvin & calcatô Numinis divini metu, in qvævis ruit peccata. Ob accidentales eventus id non debet omitti, qvod DEUS purè atq; exertè juſſit. Nec pius Eccleſiæ Miniſter, qvartum præceptum, ut & Caput decimum tertium Epiſt. ad Rom. ac alios ſimiles textus, Subjectis inculcare oblivifcitur. Humili itidem modeſtiâ utens, regulam, qvam B. Spenerus ſibi ipſe, in ſuo fixerat officio, ſeqvitur. Ich wil der Obrigkeit Fehler und Sünden (hic tenor Regulæ) nicht *publicè* beſtraffen/ wo es nicht die Nohtwendigkeit und Vermeidung Aergerniß erfodere; aber auch alsdenn auffs *modeſteſte*/ mehr bitt- und *obteſtations*-weiſe/ als mit Hefftigkeit und harten Worten/ daß immer auch in den Beſtraffungen erhelle/ wie man

ihr

ihr Amt darneben ehre; ſonderlich aber mit Vermahnung an die Unterthanen/ daß ſie/ ohneracht alles/ was ſie verächtliches an ihnen zu ſehen meynen/ ſie in ſchuldigen Ehren und Gehorſam zu halten/ verbunden ſeyn; und ihnen die Beurtheilung derſelben Nachrede nicht zukommen wolle/ ſondern ſie ſich damit ſchrecklich verſündigen/ als die mit Gedult es tragen müſſen. Vid. Theol. Bedenck. Part. 3. pag. 655. Obj. *Flabra publicarum turbarum, ſunt hæ publicæ Redargutiones.* Reſp. Ex prædicatione Evangelii reſultant qvoqve, per accidens rixæ, diſſidia, Confuſiones, tumultus, & qvid non? juxta illud Chriſti: *Ne exiſtimetis me veniſſe miſſurum pacem, in terram: Non veni miſſurus pacem, ſed gladium. Nam veni facturus, ut diſſideat Filius, adverſus Patrem ſuum, & Filia adverſus Matrem ſuam, & Nurus adverſus Socrum ſuam. Et inimici hominis erunt domeſtici ipſius,* Matth. 10,34. ſeqq. Numne autem ideò prædicatio Evangelii eſt intermittenda? Propter illud, qvod per accidens ſeqvi poſſet, non eſt omittendum id, qvod per ſe eſt neceſſarium. Placent Verba Lutheri verè-noſtri: Es iſt nicht auffrühriſch/die Obrigkeit ſtraffen/wenns geſchicht durch Göttlich-befohlen Amt/ und durch GOttes Wort/ öffentlich/ frey und redlich; ſondern es iſt eine löbliche/ edele/ ſeltſame Tugend/und ein ſonderlicher groſſer Gottesdienſt. Das wäre vielmehr auffrühriſch/ wo ein Prediger die Laſter der Obrigkeit nicht ſtraffte/ denn damit machte er den Pöbel böſe und unwillig/ und ſtärckte der Tyranney Bosheit/ und machte ſich derſelben theilhafftig und ſelbſt ſchuldig/ darüber GOtt erzürnen möchte/und zur Plage Aufruhr komen laſſen/Tom. V. Altenb. p. 281. Et, qvam emphatica ſunt etiam ea, qvæ idem

Me-

Landesbibliothek Oldenburg

Megalander Luth. in Textum : Ihr ſeyd das Saltz
der Erden / habet? Digna ſunt, qvæ hic legantur;
Das könte die Welt noch wol leiden / daß man recht prediget
von Chriſto / und allen Articuln des Glaubens. Aber / wenn
man ſie will angreiffen / und damit ſaltzen / daß ihre Weisheit
und Heiligkeit nichts ſoll gelten / ja blind und verdammet iſt /
das kan und will ſie nicht leiden / und gibt den Predigern
Schuld : Sie können nichts / denn ſchelten und beiſſen / und
muß heiſſen / die Welt erreget und Unfried gemacht / geiſtliche
Stände und gute Wercke geſchändet. Aber / wie können wir
ihm thun? Soll man ſaltzen / ſo muß es beiſſen. Und ob ſie
uns gleich beiſſig ſchelten / ſo wiſſen wir / daß es ſo ſeyn ſoll / und
Chriſtus ſolches befohlen hat / daß das Saltz ſcharff ſey / und
getroſt beiſſe / wie wir hören werden / wie S. Paulus auch al-
lenthalben thut / ſtraffet die gantze Welt / und ſchilt alles / was
ſie lobet und thut / wo ſie nicht der Glaube an Chriſtum iſt.
Und Chriſtus Joh. 16. ſagt : Wenn der H. Geiſt komme / ſoll
er die Welt ſtraffen ꝛc. Das iſt : Er ſoll alles angreiffen / was
er in der Welt findet / keinen Außzug noch Unterſcheid machen /
noch etliche ſchelten / und etliche loben / oder allein Diebe und
Schälcke ſtraffen : Sondern alles auf einen Hauffen faſſen /
einen mit dem andern / er ſey groß / klein / fromm / weiſe / heilig /
oder wie er wolle / Summa / alles / was nicht Chriſtus iſt.
Denn der H. Geiſt darff nicht darum kommen / noch Prediger
in die Welt ſchicken / daß er äuſſerliche grobe Sünde / Ehebruch /
Mord ꝛc. zeige und ſtraffe / ſo ſie ſelbſt wol weiß / und ſtraffen
kan ; ſondern / das ſie für das köſtlichſte hält / und da ſie am be-
ſten iſt / fromm und heilig ſeyn / und GOtt damit dienen will.
It. p. 831. b. Aus dem ſieheſt du / wie viel und groß an dem
Stück gelegen iſt / daß es Chriſtus nicht umſonſt vor allen an-
dern hie ſetzet / und ſo fleiſſig befiehlet. Denn ohne das kan die
Chriſtenheit nicht beſtehen / und Chriſtus nicht bleiben / kein
rechter

rechter Verſtand noch Leben im Schwange gehen / daß freylich kein gröſſer Schaden und Verderb der Chriſtenheit iſt / denn wo das Saltz / damit man alle andere Dinge würtzen und ſaltzen muß / thumm wird. Und iſt doch ſo bald geſchehen. Denn es iſt ein ſolches Gifft / das ſüſſe eingehet / und dem alten Adam ſanfft thut. Denn er darff nicht ſo in Gefahr ſtehen / Leib und Leben wagen / noch Verfolgung / Schmach und Läſterung leiden. Darum ſind unſere Biſchöffe / und Geiſtlichen / die klügeſten Leute auf Erden / in dem Fall / denn ſie predigen alſo / daß ſie ohne Gefahr bleiben / Geld und Gut / dazu Ehre und Gewalt genug haben. Denn wer alle Welt / Kayſer / Könige / Fürſten / Weiſe / Gelehrte ſoll ſchelten und ſagen / daß ihr Weſen vor GOtt verdammt ſey / der muß den Kopff darſtrecken. Aber / wenn ich ihnen heuchele / und laß ihr Ding auch recht ſeyn / ſo bleib ich ungeſchlagen / behalte Gunſt und Ehre ꝛc. Mache mir dieweil einen feinen Gedancken: Ich wolle dennoch wol das Evangelium darneben predigen / doch bin ich ein thumm Saltz worden / denn damit laß ich die Leute ſtecken / in ihrem eigen alten Wahn / und fleiſchlichem Sinn / daß ſie zum Teufel gehen / und ich forne an. = = Darum müſſen wir dagegen gerüſtet ſeyn / und allein Chriſtus Befehl anſehen / der uns ſolch Amt auffleget / und will / daß wir das Maul friſch auffthun und ſtraffen / was zu ſtraffen iſt: nicht angeſehen unſer Gefahr / Ungemach / oder Nutz und Genieß / noch ander Leute Bosheit und Verachtung / und uns deß tröſten / daß er uns zu ſeinem Saltz machet / und dabey erhalten wil / und heißt uns getroſt ſaltzen / nicht daran kehren / noch erſchrecken laſſen / obs die Welt nicht leiden wil / und uns drüber verfolget / noch verzagen / ob wir gleich / wie wir meynen / nichts ſchaffen. Denn was er uns heißt / ſollen wir uns genügen laſſen / und ihm laſſen befohlen ſeyn / was und wieviel er durch uns außrichte; Wollens die Leute nicht hören noch annehmen / ſo ſind wir nichts

deſto weniger Saltz/ und haben unſer Amt außgerichtet. So können wir denn mit allen Ehren und Freudigkeit vor GOttes Gericht beſtehen/ und davor antworten/ daß wirs Jedermann treulich geſagt haben / und nichts unter die Banck geſteckt/ daß ſie keine Entſchuldigung haben/ als haben ſie es nicht beſſer gewuſt / und ſey ihnen nicht geſagt. Welche aber ſich laſſen erſchrecken/ und ſchweigen/ um Gunſt/ Ehre und Guts willen ꝛc. die werden auch am jüngſten Tage müſſen hören von ihnen ſagen: Der iſt unſer Prediger geweſt / und hats uns nicht geſagt / und wird ſie nicht entſchuldigen / ob ſie wollten ſagen: HErr/ ſie habens nicht wollen hören. Denn Chriſtus wird dagegen ſagen: Weiſt du nicht / daß ich dir befohlen habe / du ſolteſt ſaltzen/ und darzu ſo fleißig gewarnet. Solteſt du mein Wort nicht mehr fürchten / denn ſie? Solches ſoll uns auch billich ſchrecken/ denn hie höreſt du das Urtheil / das er über ſolch thumm Saltz verkündiget. Tom. V. Altenb. pag. 380.

Obj. *Epanorthoſis nil aliud facit, qvàm ut animos Superiorum exacerbet.* Reſp. Non ſemper id fieri, duplici exemplô, 1. Davidis, 2. Regis Galliæ, Heinr. 4ti, oſtendam. De Davide ita D. Felix Bidembach: Bey mir iſt kein Zweifel / daß etliche aus den Hof-Leuten/ des Nathans Buß-Predigt / gar nicht haben *paſſir*en laſſen/ ſonderlich da er den König ſo meiſterlich in ſeinen Reden hat gefangen/ daß er über ſich ſelbſt ein Urtheil fället. Lieber/ kan man nicht anders predigen/ denn alſo? der Prophet hätte wol andere Beſcheidenheit gebrauchen können. David aber haſſet nicht allein den Propheten nicht/ thut ihm auch keine Schmach an/ ſondern liebet und ehret ihn. Er beſiehlt ihm ſeinen Sohn/ den ſoll er auch ſtraffen / wenn er unrecht thut / denn es weiß David/ daß die Schläge des Liebhabers beſſer ſeynd / denn das Schmeicheln des Feindes. Er weiß/ es ſey ſo wol des Nathans Amt/ ihn den König zu ſtraffen/ als einen / der ein Schaaf geſtoh-

Landesbibliothek Oldenburg

ſtohlen hat. Er erkennet auch/ daß ers wohl verdienet habe/ daß es ihm zu gute geſchehen/ und daß ihm Nathans Straffe beſſer ſey/ dann des Joabs Schmeicheley. Und obs ihm wol Nathan grob geſagt hat/ ſo hat ers auch grob gemacht. Und wenn er Nathan darüber feind wäre/ ſo wäre er GOtt feind/ ja er wäre ihm ſelber feind. Darum die weiche Leut und Zärtling/ die immer wollen die Sünd allein mit guter Gelegenheit und Beſcheidenheit *Opportunè* geſtrafft haben/ die ſollen wiſſen/ daß auch dabey ſtehet/ *Importunè* und zu ungelegener Zeit ſoll man anhalten. Die Leute wollen immer/ man ſoll auf Eyern gehen/ und keines zertreten; Wunden ſaubern/ hefften/ heilen/ und nicht wehe thun. Wolan/ wilt du ungeſtrafft ſeyn/ ſo lebe auch unſträflich. Ja/ du biſt aber nicht der Prophet Nathan/ ſagt mancher. Antwort: Du biſt auch nicht der David. Thue du dein Amt/ ſo darff ich das meine nicht thun. Im Propheten Heſekiel am 3. Capitel ſpricht der Herr: Predige ihnen/ ſie hörens/oder ſie laſſens. Außleg. des 2. B. Sam. cap. 12. p. 782. De Rege Galliæ Heinr. 4to, ſeqventia, ex Miſandri Prieſter-Feinde und Freunde/ refert ſummè Rever. Dn. Sperling. Paſt. ac Superint. Leiſnic. Dieſer König/ inqvit, hatte eine vornehme *Dame* zu Falle gebracht/ und gieng nun geraume Zeit hin/ daß derſelbe weder daran gedachte/ noch der Perſon einige *Satisfaction* gab. Als aber nachgehends der König/ mit ſeiner *Armade* zu Felde gegangen/ und es nunmehr an dem war/ daß er dem Feinde eine Schlacht lieffern wolte/ ſo befahl er/ man ſolte zuvor den Gottesdienſt verrichten/ und GOtt um Sieg anruffen. Drauf war einer unter den Königl. Feld-Predigern ſo behertzt/ der trat vor den König/ und ſprach zu ihm öffentlich: Er könne der *Armée* keinen Segen noch Sieg verheiſſen/ es wäre eine groſſe Miſſethat unter ihnen/ der König ſolte ſich erinnern/ was er mit der und der Perſon vorgehabt/ und habe doch bis *dato* weder ihr/ noch ihrem



Landesbibliothek Oldenburg

vornehmen Geſchlechte einigen Abtrag gethan. Was that der König / wurde er etwan hierüber erzürnet? Nein / ſondern er fiel / im Geſicht der gantzen *Armée*, auf ſeine Knie / und ſagete alſo: Ihr ſämtlich ſollt meine Zeugen ſeyn / daß ichs jetzo gegen GOtt bekandt / was ich für eine ſchändliche That begangen / welches ich bishero nicht bedacht / verſpreche demnach / daß wenn ich geſund / und mit Sieg aus der Schlacht komme / ich dieſer Perſon gebührende *Satisfaction* thun will. Welches er auch nachgehends gethan hat. Nicod. qvær. & Jeſus reſpond. Part. 1. pag. 1168. Vide! ſic non ſemper exacerbantur animi, qvando legales fiunt Conciones. Multis certè dulcior eſt religioſa caſtigatio, qvàm blanda & adulatoria remiſſio. Sed qvid? Faciamus, exacerbationem ſeqvi, numne ideò Miniſter, ab eo, qvod ſibi à DEO ſeveriſſimè injunctum, debet abſtinere? Vid. Wigand. Conſil. in Bidemb. Conſil. Theol. Dec. 2da, 259. Qvi Spiritum S. vult habere, ut Conſolatorem, is priùs eundem debet habere, ut Correctorem. Obj. *In modô facilè poſſet peccare Homileta. Ergò ſatiùs eſt, prorſus abſtinere.* Reſp. Volenti bonum facere, adjacet malum. Ita eſt. Perfectio ſpectat ad cœlum; ſub Sole autem: *Sunt mala mixta bonis; ſunt bona mixta malis.* Cita, vel unicam, etiam ſanctiſſimi, actiunculam, cui ſua non ſit labes vel macula? *Sicut in percuſſura cribri, remanebit pulvis; ſic aporia hominis, in cogitatu illius.* Hæc Eccleſiaſticus, Cap 27, 5. juxta *Vulgatum*; ſeu juxta *Sebaſt. Caſtalion*: *Vt excutiendo cribro, remanent ſordes; ita in hominis oratione, ſunt ipſius ſpurcitiæ.* En! uſq; adeò, in terris, nihil eſt ab omni parte beatum.

Neq;

Neq; in veteri, neq; in novo Teſtam. legimus, qvod DEus Præſulem Eccleſiæ, ob nimietatem (ſit venia voci) fervoris, adverſus Peccatores, unqvam reprehenderit. De *Epiſcopo* autem *Laodic.* refert Apocalypſis, qvod *Chriſtus eundem, ob ſuam, qvâ operas tractabat Theologicas, tepiditatem, ex ore ſuo exſpuere velit*, Cap. 3. Graviſſimè *Lutherus:* Soll ich ja einen Fehler haben/ ſo iſts mir lieber/ daß ich zu hart rede/ und die Warheit zu unvernünfftig herrauſſer ſtoſſe/ denn das ich irgend einmal heuchelte/ und die Warheit inne behielte/ T. 2. Witteb. fol. 187. Nec inconcinnè illud Apoſtolicum, huc applicatur: *Si inſanimus, DEO inſanimus.* Luth: Thun wir zuviel/ ſo thun wirs GOtt. Claudam verbis *Fredro: Qvid noſtrum in orbe perfectum? & vita & ſcripta, credo, non ſemper prorſus errore vacua. Parces, Lector, facilè mihi homini, ipſe dum homo es, habes, credo, (dictô, factô) tibi, qvod ab aliis parcatur.* Obj. *Prædicantes delectantur taxationibus.* Reſp. Ut Chirurgi ſanie, qvâ maculantur, qvando ulcera tangunt & aperiunt. Sed nolo plures hìc congerere Objectiones, ac in iis refellendis tempus inſumere. Sit Zelus Rectoris Eccleſiæ, ut dixi, catholicus, nunc addo, reqviri etiam, ut is ſit

6.) *Perſeverantiâ roboratus.* Finis, non pugna, coronat. *Bonum eſt, Zelô duci*, ait Apoſtolus, *in re bona*, πάντοτε *ſemper*, Gal. 4, 18. Natura noſtra, ut *arcus fallax*, ad defectionem eſt prona, Pſ. 78, 57; qvæ primùm nobis ſunt *delectationes*, poſteà fiunt *fatigationes*,

*tiones*, Mal. 1, 13. Unde πολυθρύλλητον: *Principium fervet, medium tepet, ultimum friget.* O! qvot paſſim (gemens hæc enuncio) dantur, qvi primam fidem irritam fecerunt, & qvos meritò tangat iſtud Eſaiæ: *Ardorem concepiſti, & ſtipulam peperiſti*, Cap. 33, 11. Von dem Doctore *Aymero* (dabo verba, ex ardentioris fidei Theologi, *Matt. Meade* calamô) wird in den Hiſtorien erzehlet/ daß er in ſeinen jungen Jahren/ ſich eyfferig wider den Hoffart und Geitz der Biſchoffen geſetzet habe/ welche er/ in einem Buche alſo anredet: Komt her/ ihr Biſchöffe/ hinweg mit eurem Uberfluß: Thut hinweg eure Tauſenden/ und ſeyd mit wenigen zufrieden und vergnügt. Nachgehends aber/ als er ſelbſt Biſchof zu Londen worden/ hat ſein Nutze und Hoheit/ ſeinen Eyfer verſchlungen/ ſo daß er ſeinen Freunden bekant hat/ daß er anderer Gedancken und Meynung/ in ſeiner Jugend geweſen wäre/ mißbrauchend die Worte *Pauli*: Als ich ein Kind war/ da redete ich/ als ein Kind/ und war verſtändig wie ein Kind/ u. hatte kindiſche Anſchläge/ 1. Cor. 13, 11. Vid. ejus Bey-nahe Chriſt/ pag. 127. *Ulula abies, qvia cecidit Cedrus!* Et qvid noſter zeloſiſſimus *Theoph.* Großgebauer: Ach wie ungern/ ſcribit, erinnere ich mich allhie derer/ die da ſelbſt bekennen/ daß ſie in dem Anfang ihres Predig-Amts gar eyferig geweſen/ die Leute/ wenn es müglich/ in einem Jahre zu bekehren; aber ſie ſähen wol/ daß es nicht gehe/ alſo hätten ſie nachgelaſſen. Wächter-St. p. 118. Sed *Canis ad vomitum*, & *Sus ad volutabrum*, nonne adagia ſunt canonica, qvæ Chriſtiano, nedum Præſuli eccleſiaſtico, nauſeam commoveant? O! qvantilli eſt honor, cujus calcem, defectionis terit ignominia? Odit DEUS matutinos pietatis rores, nec noſtrum qvalemcunq; coronat fervorem, niſi perſeve-

ran-

Landesbibliothek Oldenburg

rantia, & qvædam qvaſi floriditas, in eo deprehendatur. Priuſqvam poſſis dicere: *Repoſita eſt mihi Juſtitiæ Corona*, dicendum tibi: *Bonum Certamen certavi, Curſum conſummavi, Fidem ſervavi*, 2. Tim. 4, 7. Verè *Propert: Multùm in amore fides, multùm conſtantia prodeſt*. Abſit itaq; pigra tarditas, omnisq; propudioſa laſſitudo. Qvid eſt, in Spiritu incipere, & in carne deſinere? Qvid eſt, abuſus ſemel ſuſtuliſſe, Domumq; Dei repurgaſſe, niſi enixiori etiam contendas ſtudiô, ne in eam Satan rurſùs irrepat, qvem, certum eſt, omnem captare occaſionem, illuc redeundi, unde ejectus eſt. Qvoties igitur Spiritu Acediæ te fatigari ſentis, dic ad teipſum: Nunc Diabolus, in ſtatuam Salis me transmutare geſtit; nunc enititur, ut fiam opprobrium & abjectio plebis: Vult, ut dicatur de me: *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit, imò noluit, qvod debuit, perficere*. Incaſſùm, credas, agitur bonum, niſi fatigari neſciat. Qvocircà à tuo, ſi rectus eſt, Zelô, non moveâre, *neq; per Epiſtolam, neq; per Spiritum, neq; per Sermonem*, 2. Theſſ. 2, 2. Stultus, ſicut Luna mutatur. *Zelum tuum*, dicam cum Bernhardo, *inflammet Charitas, informet Veritas, regat Scientia & confirmet Conſtantia, Præſtaret*, ut Petrus innuit, *Viam Juſtitiæ nunqvam cognoviſſe, qvàm poſteà, à præcepto tradito regredi*, 2. Petr. 2, 21. Et qvemadmodùm Adultera graviùs punitur, qvàm Scortum; ita & hic majori ſubjacet damnationi, qvi in ſpirituali, cum Deo, fuit conjugio, & à fervore incipit tepe-

ſcere,

Landesbibliothek Oldenburg

ſcere, qvàm ille, qvi nunqvam hujus gratiæ particeps eſt factus. Agedum ergò, de Virtute in Virtutem progredere, & poſteriorum oblitus, cum Apoſtolo, in anteriora te extende. *Morbô reſurgente*, inqvit Caſſian. *nunqvam ceſſare debet medicina; ſed qvantò major ægritudo, tantò conſtantior reqviritur curatio.* Sit ita! Loqvantur de tuis factis ſiniſtrè homines, numne propterea à calore remittes? Propter qvos non cœpimus, propter eos etiam non deſinamus. Non deſcendebat Salvator de cruce, cum diceretur ipſi: *Deſcende, & credimus tibi*; ſed moriebatur in eadem; ſic & nobis, in inceptis bonis permanendum. *In Chriſtianis*, enunciante Hieron. *non qværuntur initia, ſed finis*; & juxta regulam Jure-Conſult: *Nihil videtur actum, ſi qvid ſuperſit, qvod agatur.* Sed ſatis de hoc. *Modum Zeli Antiſtitis Eccleſiæ*, eâ, qvâ potuit fieri brevitate, hactenus ſtiti contemplandum, nunc ordo expoſcit, ut penſitem qvoqve

IV.

*Affectionum Cumulum.* Inter affectiones verò, pertinet

1.) *Raritas.* Rarus admodum, dolenter ſcribo, in Tribu Levi, eſt hic ignis ſacer; ſed nec freqventior (miſerere noſtri, Domine!) in Tribu Juda. O, qvot hîc dantur *Galliones, qvi rerum cœleſtium nolunt eſſe Judices!* Act. 18, 55. Qvot *Euclíones*, in qvorum alphabeto, avaritia eſt vitiorum Alpha; *qvi conterunt pauperem, & deficere faciunt egenos terræ*, Amos 8, 4.

Inceſ-

inceſſanter ac indeſinenter, cum ſanqviſuga clamitantes: *Affer! Affer!* Qvot *Helluones*, qvorum vivere eſt bibere; *qvi potentes ſunt ad bibendum vinum, & fortes ad miſcendam ebritatem*, Eſ. 5, 22. Ah ubi ſunt iſti, qvi Ægyptiis Moſes, Fornicatoribus Phinees, Idololatris Elias, Avaris Eliſa, Mentientibus Petrus, Blaſpemantibus Paulus, & Negotiantibus Chriſtus? Fervent pro tabulâ ſecundâ, non verò pro primâ; pro ſuâ, non verò pro Dei gloriâ. In minimis nimis ſolertes ac ſeduli ſunt; circa DEI Sapientiam verò, qvæ eſt Caput veræ Sapientiæ, langvent ſupinâ ſocordiâ. Sed de tepore ac torpore in Capite, nunc eqvidem dicere non fert animus; Teporem potiùs ac torporem, in Oculis ſpecto. Qviritatur alicubi, Pontificiorum primicerius Scriptor, qvod ad tot, tantorum Virorum, exhortationes ac vociferationes, nullus ſpiritualis ſubſeqvatur effectus, & cauſam tandem, in defectum ſancti caloris conjicit. Dabo Verba, ut de mente ipſius conſtet exactiùs: *Multi ſunt hodiè*, inqvit, *ac ſemper fuerunt, in Eccleſia, Verbi Dei Prædicatores, ſed qvæ cauſa eſt, cur ad tot Virorum exhortationes & clamores, tam pauci convertantur? Certè, in magnis urbibus, qvotidiè per qvadrageſimam, viginti, à triginta à etiam qvadraginta Oratores declamant, & tamen exactâ qvadrageſimâ, nulla ferè mutatio in moribus Civitatis apparet. Eadem vitia, eadem peccata, eadem frigiditas, eadem diſſolutio cernitur. Ego nullam invenio cauſam,*

*niſi qvia utplurimum Conciones eruditæ, & elegantes, & floridæ fundantur, ſed deeſt anima, deeſt vita, deeſt ignis; breviter, magna illa Charitas deeſt, qvæ ſola poteſt Verba dicentium animare & accendere, & Corda audientium inflammare & commutare. Neq; hoc dico,* (pergit) *qvia deſit multis Prædicatoribus contentio vocis & motus totius corporis, nam etiam bombardæ ſine pila ferrea vel lapidea, magnum ſonitum edunt, ſed absq; fructu; qvod deſideratur, hoc eſt, ut præ ſe ferant magnum affectum erga Deum & animarum ſalutem, eumqve non ſimulatum, ſed verum; non extortum, ſed qvaſi naturaliter, ex fonte cordis manantem.* Bellarminus de aſcenſ. in Deum, Gradu: IV. pag. 128. ſeqq. Veriſſimè! ſanctiſſimè! Qvod enim ex corde non venit, id nec cor alterius tangit. Alsdenn wird des Zuhörers Geiſt entzündet (ita concinit B. Groſsgebauer) wenn des Predigers Geiſt brennet. Sein Hertz muß brennen / auffdaß ſeine Predigt von ſich hitze. Denn von einem matten und ohnmächtigen Geiſt / kommen ſchlaff-matte Gedancken / und der andern das Gewiſſen rühren will / deſſen Gewiſſen muß erſt gerühret ſeyn. Der Seelſorger muß erſt mit GOtt und mit ſich ſelbſt reden / ſo wird er hernach gar glückſelig mit den Leuten reden. Der ſich ſelbſt durch GOttes Geiſt nicht läſſet leiten / wie will der andere zu GOtt leiten? Wächter-Stimm. Cap. 6. pag. 101. Qvô cum paria ex exteris facit, Theol. conſcientioſus Joh. Scheffild / dum ait: Diß iſt die allerkräfftigſte und tröſtlichſte Weiſe zu predigen / wenn wir nicht Lufft-Streiche thun / und uns befleißigen / nicht nur von Mund zu Mund / oder von Mund zu den Ohren / ſondern von Hertzen / und von Augen zu Augen / oder von Angeſicht zu Angeſicht zu reden. Durch diß

Mittel

Landesbibliothek Oldenburg

Mittel kömt Wärme auf das todte Kind der Sunamitin/ von der gröſſern Wärme des Propheten. Vid. die veſte Burg eines guten Gewiſſens/ pag. 638. Aſt ubi hodiè ſunt iſtiusmodi Zelatores? ubi Lothi? ubi Jeremiæ? ubi Apollines? Non eqvidem inficiabor, nullos dari, qvi caleant pro Domo DEI, aſt horum numerus, non aliter ſe habet, qvàm *racematio, ut cum ſtringitur olea, duæ tresvæ baccæ, in vertice ſummi rami, qvatuor aut qvinq; in ramis ipſius fructiferæ*, Eſ. 17, 6. *Unus è Civitate, bini ex familia*, Jer. 3, 14. Plurimi cauſam Veritatis inſuper habent, vel ac ſi luſus eſſet ſcenicus, obiter aſſerunt: De ſanctitate ac pietate, aut parùm, aut nihil ſunt ſolliciti. Plus ſtudent eloqventiæ, qvàm evidentiæ, plus oſtentationi, qvàm ædificationi, plus concinnitati, qvàm charitati, plus dictioni, qvàm cordis convictioni. Tàm altè loqvuntur, & ſeſqvipedaliter, ut Auditoribus non minùs ſint barbari, acſi latinè, vel arabicè loqverentur: *Gloriam hominum magis diligunt, qvàm gloriam DEI*, Joh. 12, 43. Inſerviunt tempori; ſeculi lucra ſectantur; amant opes & vitant opus; ſunt Diſcretioniſtæ, Moderati, Silentiarii, Blandiloqvi, Placentini, Muſſitantes, vulpinâ caudâ utentes, ad placita cujusvis nutantes, Componiſtæ, qvi lucem & tenebras, fidem & regnantia peccata, gratiam Dei & ſecuritatem carnalem, juſtitiam & injuſtitiam, vitam uraniam & vitam terrenam, Chriſtum & Belial, Deum & Mammona componere & conciliare ſtudent. Atq; ſic plurimi eorum, qvi arcam

fœderis portant, aras colunt, & ſacroſancta Dei myſteria pandunt, longiùs à pio religioſæ ſollicitudinis Zelô, diſtant, qvàm Oriens ab Occidente, & polus arcticus, ab antarctico. Degunt (ut verbô dicam, & qvod res eſt) ſub zonâ frigidâ. Ah! Ah! *Nolite hoc annunciare, in Gath, neq; in Compitis Aſcalonis, ne fortè lætentur Filiæ Philiſtim, ne exultent Filiæ Incircumciſorum*, 1. Sam. 1. Judicet autem, cui judicare datum, an non adſit tempus, ut *Angelus fœderis, qvi eſt qvaſi ignis conflationis, & ut ſmegma Fullonum, purget Filios Levi, eos defæcans, velut aurum & argentum, ut ſint Jehovæ, qvi offerant munus juſtè?* Mal. 3, 1. Faxit DEUS, pro immensâ ſuâ miſericordiâ, ut hoc tempus non inſtet; ſed extet.

2.) *Neceſſitas*. Evangeliſta ſine Zelo, eſt Volucris ſine pennis, & Sal ſine acrimoniâ; ſimilis eſt lumbari Prophetæ Jeremiæ, qvod uſq; adeò computruerat, nulli ut ampliùs uſui eſſet aptum, Cap. 13, 7. Mundus, fateor, amat moderationem; ſed Deus ἀπόδειξιν πνεύματος καὶ δυνάμεως, 1. Cor. 2, 4. Nil ipſi, ſanctâ vehementiâ, gratiùs & acceptiùs; Ediversò autem, ex tepiditate concipit faſtidium, & illam non ſecùs, ut terra qvondam Chananæos, ex ore ſuo evomit. Qvantus, obſecro, in diebus Carnis ſuæ, Zelator erat Chriſtus, agnus ille Dei? Cum Davide ſubinde ingemiſcebat: *Exitus aqvarum deduxerunt oculi mei: qvia non cuſtodierunt legem tuam*, Pſ. 119, 136.

*Dolore ſqvaleo,*
*Præ Zelo tabeo,*
*Vacillo præ mœrore;*
*Ut fontes rivuli,*
*Decurrunt oculi,*
*Dum cerno ſæculi,*
*Langvere plurimos amore.*

Qvid? *Zelus domus ſanctuarii comedebat ipſum*, Pſ. 69,9. In qvæ verba H. Grotius: Ζῆλος *ardens amor.* Καζαφάγεται. *Dictum, ut illud: Eſt cura medullas.* Vid. Annot. ad Joh. Cap. 2,17. Clarius adhuc & impreſſius Wolff. Muſculus: *Videtur iſte loqvendi modus inde deſumtus, qvod hujusmodi ardentes affectus communem ſenſum & rationis uſum extingvant & conſopiant, dum ipſi totum hominem captivant, & in ſe transferunt, lapides & ligna, vi ignis, non ſolùm calefieri, ſed in ipſam prorſus ignis naturam converti. Ita cibus & potus, in carnem & ſangvinem mutantur. Ad hunc modum homo carnalis & animalis in Zelatorem divinæ gloriæ, amoris hujus vi transmutatur, ut jam non, qvod caro & carnis ingenium dictat, ſed ad qvod ipſe Zelus Dei rapit, faciat. Ita & Hieremias Cap. 20. de iſto ardore loqvitur, cum dicit: Et factus eſt in corde meo, qvaſi ignis exæſtuans, clauſusq; in oſſibus meis: & defeci, ferre non ſuſtinens. Et iſte ardor boni Zeli absq; dubio, vehementiâ ſuâ, etiam corpora zelantium tabefacit & conſumit. Sic alicubi dicit hic Propheta: Et tabeſcit me Zelus meus, qvia obliti ſunt verba tua inimici mei, Pſalmo* 118. Comment. in Pſalm. p. 485. Qvodſi itaq; Chriſtus uſq; adeò



Landesbibliothek Oldenburg

zeloſus divinorum cultor ſimul extitit & propugnator, numne tu, per torporem, langvidè ea, qvæ ſunt DEI, operaberis? Igneus Chriſtus, igneos etiam reqvirit Apoſtolos, Qvapropter ζήλωσον! ζήλωσον! Apoc. 3, 19. *Studiô minimè pigri eſtote*, ait Apoſtolus; *ſed Spiritu ferventes*, Rom. 12, 11. *Studiô minimè pigri*, i. e. ſine ſegnitie & procraſtinatione, juxta iſtud:

*Fac tua, qvæ tua ſunt, qvæ functio vera reqvirit,*
*Si ſapis, eſſe, qvod es, cura ſit una tibi.*
*Hoc age, non differ, tibi qvod committitur, & non*
*Necte moras: ſegnis, nam, mora ſemper obeſt.*

*Spiritu ferventes.* Ζέσις ſignificat effervescentiam ſpirituum, circa cor. Fervet, qvi totus inardeſcit ſtudiô. Conf. 2. Tim. 1, 6: 1. Theſſ. 5, 19. Ritè Baſil: *Spiritu*, inqvit, *fervens eſt, qvi ardenti ſtudiô, & inexplebili cupiditate, & aſſiduâ diligentiâ, Voluntatem DEI facit, in Charitate Chriſti JEſu, Domini noſtri.* Regul. Brev. n. 259. Qvàm neceſſe itaq; ſit, ut Ephorus Eccleſiæ, Zelum habeat, h. e. ut attentiſſimè rei ſacræ invigilet, calidiùs Salutem animarum qværat, acrioriq; virtute, in operationes Dominicas conſurgat, ex dictis intelligitur manifeſtiſſimè. Ais: *Miniſtrum Eccleſiæ oportet eſſe manſvetum.* Reſp. Non ſolùm, ut ſupra recenſui, Spiritus S. in ſpecie apparuit Columbæ; ſed etiam in ſpecie ignis. Ergò Miniſter Eccl. & manſvetus eſſe debet, & etiam zeloſus. Nec nimia ſeveritate, qvos caſtigat, perdere magis, qvàm corrigere; nec immodicâ qvoq; lenitate ac indulgentiâ corrum-

pere

pere potiùs, qvàm emendare debet. Qvàm mitia Sanctorum fuerunt pectora? ſed qvàm ferventia etiam in vindicanda DEI gloria, & qvàm flagrantia? *Fuerunt tanqvam Leones ignem ſpumantes*, ut Cypriani voce utar. Benedictus ipſorum furor, qvoniam absq; peccato; & benedicta ipſorum ira, qvoniam adverſus peccatum fuit. Apprimè hûc faciunt Iſid. Peluſ. Verba: *Cum nos*, inqvit, *injuriâ afficimur, utiliſſima eſt manſvetudo & lenitas; at cum Deus læditur, iraſci juſtiùs eſt, qvàm connivere*. Lib. 5. Epiſt. 227. Conſ. Dom. Mich. Fortſchens/ in Gott ſtilles Chriſtenth. mit ſeinem Intereſſe, pag. 603. Addis: *Sed paci tamen litandum*. Reſp. Priùs Veritati & Pietati. Jure, ſanctus iſte Angelorum chorus, Gloriam DEO, paci in terris præcinuit, Luc. 2, 14; Sapientiam qvoq; qvæ ſupernè eſt, primò puram deprædicat Apoſtolus Jacobus, dein pacificam, Cap. 3, 17. Pacis coronas itaq; velle qværere; Pretioſa Veritatis autem pedibus conterere, nullô modô poteſt excuſari. Cui Deus dixit *Cave*, ei nos non debemus dicere *Ave*. Eſau & Jacob, in utero etiam materno, inter ſe colluctabantur, qvod futuræ illorum diſſenſionis ac diviſionis fuit præſagium. Nullum (provoco ad experientiam) aves, de die volitare ſolitæ, cum noctivagis habent commercium, ut neq; fides, è lupinis inteſtinis concinnatæ, ad alias, ex ovinis contortas, ſymphonicè adaptari poſſunt. Qvid ſanctis cum illis, qvi foris? *Foris ſunt canes*. Laudatur eô nomine, Epiſcopus eccleſiæ Epheſinæ

Landesbibliothek Oldenburg

ſinæ, *qvod non potuerit tolerare malos*, Apoc. 2, 2; & eccleſiæ Thyatirenſis Angelus reprehenditur, *qvod permiſerit mulierem Jezabel docere, & ſervos DEI ſeducere*, Apoc. 2, 20. Nitida ſunt, qvæ celeberr. Herm. Witſius, hac de muliere, annotaverit, qvæ etiam, utut ſint pluſcula, hîc appingere liceat: *Facilè*, inqvit, *concluditur, fuiſſe Thyatiræ Principem aliqvam atq; illuſtrem fœminam, ſimulacricolam, veneficam, meretricem, geminam germanam antiqvæ illius Jezabelis, in regno Iſraëlitico: hâc tamen inſtructiorem ad perniciem, qvod hæc palàm ſeſe hoſtem ac perſecutricem Eccleſiæ oſtendebat, illa autem videri voluit Prophetiſſa, in ſpeciem Chriſtianiſmo favens, fortè etiam Chriſtianiſmum profeſſa, raptusq; fatidicos mentiens: Certè in Nicolaitarum ludo, ad omnem neqvitiam edocta. Hæc præſtigiis ſuis nonnullos ſeducebat, præſertim, ut credere fas eſt, novitiolos, qvi (ut loqvitur Tertull. de Hœnit. Cap. VI.) cùm maximè incipiebant divinis ſermonibus aures rigare, qviq; catuli infantiæ adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta reptabant: aut eos etiam, qvi, etiamſi Chriſto nomen dediſſent, animum tamen, à profana gentiliſmi licentia, in ſolidum avocare non poterant.* Miſc. p. 692 ſeq. Huic Pſeudo-Prophetiſſæ, ſolertiori curâ, opponere ſeſe debuiſſet, Eccleſiæ Thyat. Præpoſitus, ſed qvoniam idipſum non fecerat, taxationem incurrebat Dominicam. Abſit igitur, & iterùm abſit, ut per ſilentium & qvietem, DEI cauſam prodi ſinamus. *Decertandum* (& qvidem vegetiori conatu) *pro fide,*

qva

Landesbibliothek Oldenburg

*qvæ ſemel ſanctis eſt tradita*, Ep. Jud. Verſ. 3; & iſtud Nazianzeni, locô ſymboli, nunqvam non habendum: *Melior eſt talis pugna, qvæ DEO proximum facit, qvàm pax illa, qvæ à DEO ſeparat.* Optimè Steph. Curcell: *Qvidam*, inqvit, *ſunt patientes, in omnibus tolerandis, ut nunqvam ſe opponant doctrinæ Chriſti Corruptoribus & Inimicis, illi oſtendunt, ſe carnales eſſe, & Religionem non curare, ſive nullô gloriæ DEI ſtudiô, nullô alienæ ſalutis deſideriô, teneri.* Inſtitut. Chriſt. Rel. pag. 645. Conf. Præliminar. Tract. D. Abr. Calovii, ad Hiſtor. Syncretiſt. ubi non pauca, hùc ſpectantia, deprehenduntur. Urges: *Chriſtus vult, ut Servi, uſq; ad meſſem, zizania creſcere permittant*, Matth. 13. Reſp. Hæc permiſſio non juſto elencho, nec ſpirituali & eccleſiaſticæ opponitur ſeparationi; ſed cruentæ ſaltim, ſeu coactioni, ſeu extirpationi. Scitè Chryſoſt: *Non prohibet Dominus, Conciliabula hæreticorum diſſipare, ora obſtruere, libertatem loqvendi concidere; verùm interficere, & trucidare.* Homil. 47. in Matth. Nec minùs egregiè, altæ mentis Theologus, Danh: Seinen Dienern (ſcribit) im geiſtl. Stande/ nim̃t der Herr/ mit dem *Simili*: Laſſet beydes mit einander auffwachſen / weder die *Inſpection* und Auffſicht/ weder klagen noch ſagen/ noch auch den Binde-Schlüſſel. Die Diener treten ja mit dem Vater auf den Augenſchein / werden des Unkrauts gewahr / eyffern und klagen darüber / wird ihnen auch gar nicht gewehret/ das Unkraut (und alſo *ſcapham ſcapham*) zu nennen/ noch daſſelbe Unkraut mit Worten zu abſondern/ das Schwerdt des Geiſtes zu brauchen / die Hertzen zu *conviciren* / und des Jrrthums zu überweiſen. Nur das Am̃t wird verboten/ in deſſen Anſe-

hung Gefahr verhanden iſt / und man ſich befürchten muß / es möchte zugleich der Weitzen /, der entweder ſchon da / oder doch noch aus dem Unkraut / möchte verwandelt werden / darauff gehen. So man das Unkraut ſeiner Natur überweiſet / gehet der Weitzen nicht darauff; ſondern wird / vom Unkraut / in Weitzen verwandelt. Vid. Evangel. Denckmahl Dom. V. poſt Epiph. pag. 144. Sed ne hîc ſim nimus, abrumpam, & ad aliam affectionem procedam, qvæ eſt

3.) *Inæqvalitas.* Non unô ſemper ſe habet modô, ardor ſpiritualis; ſed qvandoq; intenſior, qvandoq; eſt remiſſior. Admittit gradus

α) *Ratione diverſorum Subjectorum.* Majores noſtri longè fuerunt ardentiores ac ferventiores, qvàm nos ſumus hodiè. Qværit excell. Dnus D. Becm. *Cur Homines nunc non ampliùs, eô numerô, ad Religionem evangelicam ſe conferant, qvô initiô Reformationis?* & ſeqventes hujus rei, adducit rationes: 1. *Novitas* (reſpondet) *excitavit Spiritus.* 2. *Reformatio incidit in illa tempora, qvibus aulæ Romanæ Violentia, in Principes nimis aperta erat.* 3. *Mores primorum Reformatorum commendarunt ipſam Religionem.* 4. *Zelus eorundem accendit fervorem, in animis Audientium.* 5. *Perſecutiones, velut per Antiperiſtaſin, duplicarunt iſtum fervorem, qvemadmodùm & Arca fœderis, tùm maxima edebat miracula, cùm in deſerto eſſet. Qvibus* 6. *reſpectu Catholicorum addi poteſt celeritas hujus commotionis, ex qva Catholici ſe non ſtatim colligere potuerunt, qvam rationem præcipuè urget Monzamb.* Cap. 8. 7. *Iidem magnam partem emolliverunt duriores hypo-*

*hypotheſes ſuas, ſicq; Verborum ſplendore imponitur nunc Auditoribus; Et* 8. *prima principia Controverſiarum, nunc in dubium vocari cœperunt; Cum enim antehac, apud utramq; partem, in confeſſo eſſet, Scripturæ judicio ſtandum eſſe, hodierni Catholici eam incompetentiæ accuſant, ejusq; Jurisdictionem declinant, qvô principiô vacillante haut facilè tranſitus à Catholicis, ad Evangelicos ſperari poteſt.* Vid. Line. doct. Moral. Cap. 14. § 7. pag. 338. Sic alter alterô, ex Chriſtianis, eſt zeloſior. Qvâ de causâ etiam Jacobus & Johannes, Filii Zebedæi, dicuntur Βοανεργὲς, ob δύναμιν ſcil. in dicendo. Vid. D. Pfeiff. Dub. Vex. p. 909. Lingvæ igneæ ſuper unumqvemq; in Feſto Pentec. apparuerunt, qvo nullum, in conferendis donis, προσωποληψίαν habuiſſe Spiritum S. innuitur; μέτρον tamen hujus doni, non æqvaliter fuit diſtributum. *Nam cœperunt aliis loqvi lingvis, prout Spiritus ille dabat, eis eloqvi,* Act. 2, 4. Ab uniſſimo DEO, manant multiformia. Qvi in ſe non variatur, in hominibus variatur, ut tanta non ſit Vultuum, qvanta donorum atq; chariſmatum varietas. Qvocircà Vas electum: *Sunt diſtinctiones,* inqvit, *donorum; ſed Spiritus idem; ſunt diſtinctiones miniſteriorum, ſed idem Dominus; ſunt diſtinctiones operationum, ſed idem DEus,* 1. Cor. 12, 4. 5. Pulchrè Greg. M. Homil. 10. in Ezech: *Mirâ diſpenſatione omnipotens DEus, ſic in electis ſua bona diſpenſat, ut & iſti det, qvod illi denegat, & alteri majus, qvod alteri minus tribuit, ut dona DEI, alter in altero admiretur, & ex hac ipſa admira-*

*tione, alter alteri humilietur, ut, qvem viderit habere,*
*qvod non habet ipſe, eum divinô judiciô ſibi prælatum pu-*
*tet.* Superat proin, unus alterum, ardore atq; fervo-
re Spiritus. Ubi tamen & hoc, in tranſitu qvaſi an-
nexere liceat, fervidiores nonnunqvam aliqvos vi-
deri, qvi non ſunt, prout in ſtramine flamma magis,
qvàm in ligno ſolido ſplendet.

β) *Ratione eorundem Subjectorum.* In Sanctis idem
eſt Spiritus; ſed non ſemper idem Spiritus robur. Ele-
ganter de Elia Zelatore, Gregor. M. *Elias,* inqvit, *ignem*
*de cœlo depoſcerat, aqvas cœlo ligaverat, & tamen pavore unius*
*mulieris, territus per deſerta fugiebat; apparet fugienti Ange-*
*lus, cibum præbet, longum iter prædicit, & tamen timorem, de*
*corde non excutit.* Idem Moral. lib. 19. cap. 55. *Elias, dum tot*
*virtutibus in altum profeciſſet, qvâdam menſurâ ſuſpenſus eſt,*
*dum Jeſabelem mulierculam fugit. Perpendo hunc miræ virtu-*
*tis virum, ignem de cœlo trahere, & ſecundò qvinqvaginta viros*
*concremare, verbô cœlos claudere, verbô aperire, mortuos ſuſci-*
*tare, & ventura prævidere: Et ecce, rurſus animo occurrit, quô*
*pavore, unicam mulierculam fugerit: conſidero, timore percul-*
*ſum virum, de manu DEI mortem petere, nec accipere: & de ma-*
*nu mulieris mortem vitare fugiendo. Unde ergò ſic potens, ut tot*
*illas virtutes faciat? unde ſic infirmus, ut ita fœminam pertime-*
*ſcat? niſi qvia aqvæ appenduntur, in menſura, ut ſancti DEI ho-*
*mines & multùm valeant, per potenttam DEI, & rursùm qvâ-*
*dam menſurâ moderati ſint, per infirmitatem ſuam. In illis vir-*
*tutibus Elias, qvid de DEO accepiſſet, ſed in ſuis infirmitatibus,*
*qvid de ſe eſſe potuiſſet, agnoſcebat. Illa potentia virtus fuit: iſta*
*infirmitas cuſtos virtutis. In illis virtutibus, qvod acceperat, o-*
*ſtendebat: in iſtis infirmitatibus hoc, qvod acceperat, cuſtodiebat:*
*In miraculis monſtrabatur Elias: in infirmitatibus ſervabatur.*

Nec

Landesbibliothek Oldenburg

Nec ipſe Chriſtus, easdem ſemper, ſecundùm opinionem Lutheri, intra mentis arcana, ſenſit vires. Man muß Chriſto / unſerm Herrn und GOtt / (ſcribit) diß auch zulaſſen / wie alle andere menſchliche Art / (die Sünde außgenommen) daß er nicht allezeit gleich geſinnet / gleich geſchickt / oder gleich brünſtig ſey geweſen; ſondern hat es mancherley gehabt / eben wie andere Heiligen. Darum / wie ſein Hertz und Gedancken jetzo (da er nemlich den Tauben und Stummen curiren wolte) etwas ſonderliches geweſt ſind; alſo führet er auch ſonderliche Geberden / daß man ſehen muß / wie er ein warhafftiger Menſch geweſen / an Leib und Seel / der nicht allezeit gleich geſinnet geweſen iſt / wie ihn auch nicht zugleich allezeit gehungert / oder geſchläffert hat / ſondern / wie ſich ſolches / mit uns Menſchen ändert / ſo hat es ſich auch mit ihm geändert. Wie S. Paulus ſagt / Phil. 2: Er nahm eines Knechts Geſtalt an / und ward gleich / wie ein ander Menſch / und an Geberden erfunden / als ein ander Menſch. Und diß muß man verſtehen / nicht allein äuſſerlich; ſondern auch an der Seel und Gedancken ſeines Hertzens / daß er jetzt iſt brünſtig geweſen / eine andere Zeit noch brünſtiger. Vid. Haus-Poſt. in Dom. 12. Trin. De Diſcipulis Chriſti conſtat, qvod ante Viſibilem Spiritus S. emiſſionem, pius erga Gloriam DEI, in ipſis fuerit zelus; aſt enim verò, poſtqvam in Feſto Pentecoſt. Baptiſmate ignis erant tincti, carbones fiebant ardentes, ſuccenſæ tædæ, titiones fatales, rubi flammantes, ex qvibus DEUS loqvebatur, columnæ ignis, populo DEI, in veram Chananitidem peregrinanti, prælucentes; igniti ſerpentes (qvod ne cuipiam moleſtiam ferat epitheton, meminerit, Dominum noſtrum id non reſpuiſſe)

 obſti-

obſtinatos ac refractarios peccatores percutientes. Sic paribus non ſemper Spiritus donis inſtructi ſunt Mortales. Qvod ipſum, & in Epiſcopo Epheſino (ut unicum adhuc ſubjungam exemplum) videre licet. *Habeo adverſus te,* ( ita Servator ad ipſum per Johannem) *qvod charitatem tuam primam reliqviſti,* Apoc. 2, 4. Charitas aderat; ſed non prima, h. e. ſanctus iſte fervor, qvi in omnibus dictis & factis aliàs apparuerat, nunc eum, non ampliùs habebat gradum, qvem ab initio recepti Evangelii habuerat. Atq; hæc remiſſio, vel ex ipſo nomine facilè oſtenditur. Ἔφεσος enim eſt tanqvam ἄφεσις *omiſſio*, qvò verbum ἀφῆκας *omiſiſti charitatem tuam*, reſpicit. Sed de his ſatis. Succedat nunc alia, Zeli Præſulis eccleſiaſtici, affectio, videlicet

4.) *Deficibilitas.* Non eadem eſt ratio ignis gratiæ, qvæ eſt ignis iræ divinæ. De hoc Johannes affirmat, qvod ſit ἄσβεστος *inextingvibilis*, Matth. 3, 12, & Chriſtus, qvod ſit *æternus*, Matth. 25, 41. Nota, finge hìc æternitatem periodicam, & gaudia cœleſtia aliqvando etiam finem ſunt habitura: De illo autem Paulus teſtatur, qvod ſocordiâ atq; ignaviâ poſſit extingvi: *Spiritum* ( hæc verba ipſius ſunt dehortatoria) *nolite extingvere,* 1. Theſſ. 5, 19. Certè, ſi fieri non poſſet, ut Spiritus extingveretur, ( inter Spiritus autem effecta, & Zelus pertinet) Irriſori eſſet in promptu, illicò ſubſumere: Atqvi, juxta te, Spiritus non poteſt extingvi, ergò in nihilum, tua recidit dehortatio.

Gala-

*Galatas*, in veræ fidei ardore refriguiſſe, conſtat. Qvocirca etiam Apoſtolus: *Bonum*, inqvit, *eſt Zelò duci, in re bona*, πάντοτε *ſemper*, Gal. 4, 18. Petrus, heri ad mortem, pro Chriſto, qvi aſpirabat, hodiè uſq; adeò tepet, ut levis eundem funditùs proſternat tentatio. Adami Zelus periit, numne dubitabimus, & noſtrum poſſe perire? Obj. *Zelus* πρόσκαιρος, *deciduus ſeu temporarius, non eſt verus Zelus*. Reſp. Sic ſentit admodùm rev. Dn. D. *Watſon*: Wahrer Eiffer (ſcribit) hat niemals Gebrechen am Othem. Wie er kräfftig / ſo iſt er auch dauerhafftig. Kein Waſſer kan die Flamme des Eiffers außlöſchen; er laufft in keinen kalten Ort. Die Hitze des Eiffers iſt gleich der natürlichen Hitze / die von dem Hertzen herkommet / welche ſo lange bleibet / als es lebet. Der Eiffer / der nicht beſtändig / iſt niemahls recht geweſen. Pag. 88. Part. 2. Neq; diſſimile his eſt, qvod doctiſſimus Dn. *Price* habet: *Stella cadens*, ait, *non eſt ſtella, ſed Cometa fuit*. Vid. Ars concion. pag. 326. Reſp. Perſeverantia non ingreditur definitionem Zeli. Ergò, ex ejus abſentia vel præſentia, de Veritate illius, non eſt judicandum. Perſeverando non efficimur alii, qvàm qvi ante ſumus; ſed tantùm permanemus tales, qvales ſumus; aliàs ante lapſum Adam non fuiſſet verè ſanctus, qvia in ſanctitate ejus non perſtitit; nec David, ante commiſſum adulterium, fuiſſet verè caſtus, qvia in caſtitate non perduravit. Bucephalus verus fuit eqvus, ut ut ſit mortuus, & ſuum eſſe amiſerit. Optimè Curcellæus: *Veritas rei*, inqvit, *non pendet à duratione. Ille infans non minùs veram habuit vitam, qvi tres tantùm*

Landesbibliothek Oldenburg

*tùm aut qvatuor annos vixit, qvàm qvi ad Senectutem pervenit: Ita etiam, in Virtutibus contingit: Ille verè fuit temperans, qvi per aliqvot annos, à crapula & ebrietate ſibi temperavit, etiamſi poſtea Improborum conſortiô corruptus, gulæ fræna laxat. Sed inqvies: Vulgò dicitur, de Amico, eum nunqvam fuiſſe verum Amicum, qvi tandem deſiit eſſe. Reſp. Id non eſt uſqvaqve & ſemper verum. Poteſt forſan, de aliqvibus id dici; ſed non de omnibus: poteſtqve aliqvis juſtam diſſuendæ amicitiæ cauſam habere, ſi videat, Amicum improbitati ſe dedere. Evidens eſt, illam Virtutem, non eſſe adeò profundè radicatam, in animo, qvæ deficit, ac ſi duraret; ſicut illa arbor, non eſt adeò profunde plantata, in terrâ, qvam Ventus eradicat, atqve ea, in qvam ejus impetus nihil poteſt. Graduum ergò diſcrimen agnoſco, in fide (zelô) perſeverante & deficiente; ſed non eſſentialem differentiam, qvæ in diverſa ſpecie, illas conſtituat.* Inſtir. Relig. Chriſt. pag. 475. Obj. *Charitas nunquam excidit*, 1. Cor. 13. Reſp. Loqvitur Apoſtolus 1.) de Charitate in theſi; non autem de Charitate hujus atqve illius ſubjecti; 2.) de permanentiâ, in futuro ſeculo, qvô Prophetiæ abolebuntur; In præſenti autem eandem poſſe excidere, Verba Salvatoris: *Multorum Charitas refrigeſcet*, Matth. 24, 12, ſat abundè confirmant. Sed ad qvintum Diſqviſitionis meæ Caput accedendum, hoc eſt, ad Zeli Concionatoris eccleſiaſtici

V. *Motiva.*

Landesbibliothek Oldenburg

V.

*Motiva.* Qvid itaq; Paſtorem ac Curatorem Animarum, ad πνεῦμα πρόθυμον, & ſanctum fervorem, allicere atq; excitare poteſt?

1.) *Qvando ſecum perpendit, qvod ne Chriſtianus quidem, absq́; Zelo eſſe queat.* Inſignitè devotus Paulus *Egard:* Wer ſich der Welt Bosheit nicht annim̃t/ nicht dawider/ in ſeinem Hertzen zürnet und eiffert/ nicht das ungöttliche Weſen und Leben/ mit Verdruß anſiehet; ſondern läſſet es gehen/ wie es gehet/ der ſoll wiſſen/ daß GOtt nicht in ihm ſey/ daß er nicht in der neuen/ ſondern in der alten Gebuhrt lebe. Wo GOtt iſt/ da iſt Haß des Teufels und ſeiner Wercke/ denn GOtt und Teufel werden nimmer eins. Wo GOtt aber nicht iſt/ da iſt auch nicht Haß des Teufels und ſeiner Wercke/ denn der Teufel haſſet ſich ſelbſt und ſeine Wercke nicht. Epiſtel-Pr. Dom. 19. p. Trin. pag. 606. Ideò *Chriſtus*, ut Paulus docet, *pro nobis dedit ſemetipſum, ut nos redimeret, ab omni iniquitate, & purificaret ſibi ipſi populum peculiarem, ſectatorem bonorum operum,* ζηλωτὴν καλῶν ἔργων, Tit. 2,14. En! non voluit ſibi ſeparare populum Chriſtus, qvi ſimpliciter benè ageret; ſed ζηλωτὴν bonorum operum, h. e. ut Verba Theophylacti mea faciam, *cum fervore quodam, ad Virtutem euntem, Zelumq́; oſtendentem, in omnibus bonis operibus, ignitamq; imitationem, qui videlicet magnô ardore, intimô affectu, & conſtanti ſtudiô, incumbat operibus DEO gratis.* Spectat huc *ſancta iſta Violentia*, qvæ *regno DEI vim infert*, Matth. XI, 12. Catervis ſcilicet innumeris, ac fervore inundante, ad Præitorem Chriſti, qvi circa fluenta



Landesbibliothek Oldenburg

Jordanis docebat, conferebat ſe populus, atq; ſic violenter (βιαστικῶς) arreptum occupabat regnum. Ex qvô ſat perſpicuè cognoſcitur, verum atq; genuinum Chriſtianum, in operationibus Dominicis, neceſſariò fervere debere. Et ſi Chriſtianus ſic zelare debet, qvantò magis Miniſter Verbi evangelii? Ais: *Renovatio ſub Sole, eſt imperfecta, Ergò Chriſtianus partim eſt frigidus, & partim fervidus, hoc eſt, tepidus.* Reſp. Renovationis imperfectionem, in hac vita, libenter admitto; Fideles autem exinde debere dici *tepidos*, nego ac pernego. Nam imperfectio illa non eſt ratione frigiditatis aut caliditatis; ſed ratione perfectionis completæ, in iſtis, qvæ Deus in lege ſua, à nobis exigit. Aſt hæc qvaſi extra ordinem.

2.) *Qvia algens Eccleſiæ Doctor frigora animorum propulſare neqvit.* De Torpedine affirmant Naturæ periti, qvod tactu ſuô, qvaſi venenet, & per longum qvoq; bacillum, tangentis manum, ſtupore ligat. Vividè hoc piſcis genus, Virum repræſentat eccleſiaſticum. Si torpens hic eſt, torpentem facit Auditorem, juxta illud: Studium generat ſtudium, ignavia ignaviam. Scitè Horat:

*Ut ridentibus arrident, ita flentibus adſunt*
*Humani vultus. Si vis me flere, dolendum eſt*
*Primùm ipſi tibi.* De Art. poët.

*Qvî frigus aliorum accendam*, qværit alicubi Eraſmus Roter. *ipſe totus tremens horrensq;?* Novimus de ſpeculis concavis, qvod ſint frigida; aſt, ut ut ſint

fri-

frigida, alias res tamen accendere poſſunt. Qvocircà hæc eorum epigraphe: *Pariunt qvoq; frigida flammas.* Cum Antiſtibus Eccleſiæ res aliter eſt comparata. Hi niſi toti ſint ignei, aliorum pectora non poſſunt inflammare. *Vt nulla materies,* dicam cum Cicerone, *tam facilis ad exardeſcendum eſt, qvæ niſi admotô igne, ignem concipere poßit: ſic nulla mens eſt tàm ad comprehendendam Vim Oratoris parata, qvæ poßit incendi, niſi inflammatus ipſe, ad eam, & ardens acceſſerit.* Lib. 2. de Orat. Utinam igitur Eliæ Spiritus ſuper omnes, qvi ſunt è Tribu Levi, qvieſceret, ut verba, tanqvam faces ejacularentur, & eloqvia tanqvam caminos ardentes. Was kan dabey (ex re & verô Dom. Großgeb.) für groſſe Krafft ſeyn / was nur darum (Gottesfürchtigen und eifferigen Dienern GOttes nicht zu nahe geſprochen) auf die Zunge geleget wird / daß der Sold verdienet / unſer Ehrgeitz vermehret / und den armen Leuten das Maul auffgeſperret werde? Wilt du andere anzünden / ſo brenne erſtlich ſelbſt: Wilt du andere weinend machen / ſo weine erſtlich ſelbſt; du wilt andern ins Hertze reden / und läſſeſt dir ſelbſt den H. Geiſt nicht ins Hertze reden. Die heiligen Apoſteln redeten mit feurigen Zungen / da das heilige Feuer des Geiſtes GOttes ihre Hertzen angezündet hatte. Wäch. St. C. 6. p. 104. Notatu digna ſunt etiam Verba, qvæ habet *Taulerus,* in expoſitione Evangelii, Dom. 4. Adv. Es wäre fürwahr billig / (ſcribit) daß ein geiſtlicher Mann / vom Feuer der göttlichen Liebe / dermaſſen brennete und flackerte / auch inwendig und außwendig GOtt alſo gleichformig wäre / daß / wenn jemand anders zu ihm komme / man von ihm nichts anders hörete / als GOtt / oder daß ja ſein Hertz und Gemüht / aus bren-

nender Liebe/ allein auf GOtt gerichtet/ und allein dem göttlichen Willen / in allen Dingen / gantz treulich zu gehorchen bereit wäre/ alſo/ daß der andere/ wenn er ſchon eines kalten oder laulichten Hertzens wäre / von ihm erwärmet und entzündet würde / wie die kalten und todten Kohlen geſchüttet werden/ denn von denſelben empfangen ſie gar bald Licht und Hitze/ wie wir wol wiſſen. Zeli ardore flammeſcebat vox Petri, & actutùm Auditores, corde compuncti, exclamarunt: *Qvid faciemus Viri fratres?* Act. 2,14. En! uſq; adeò efficax eſt Oratio, ſi Os & Mens concordant, & ſi, qvod ſvadet Concionator, ipſe ſibi perſvaſiſſe intelligitur. Secundùm menſuram affectûs, eſſe ſolet & effectus, prout Aug. ſcripſit: *Dignior ſeqvetur effectus, qvem ferventior præcedit affectus*, Epiſt. 121. Ais: *Verbum DEI in ſe eſt efficax, & hanc efficacitatem exercet, tametſi noſter zelus non acceſſerit.* Reſp. In telis eadem eſt ferri vis: Multùm autem diſcriminis datur, inter ea, qvæ remiſſâ manu effluunt, & qvæ excuſſô lacertô torqventur. Et *gladius idem eſt, & ſtringit, & transforat; ſed qvàm preſſô articulô venerit, refert*, ait Sen. Lib. II. de benef. Idem eſt ſermo, qvi dicitur; intereſt autem, qvomodò dicatur. Remiſſè, timidè, cunctanter, hæſitanter dicere, id non valet, qvod oratio, cum decorâ & modeſtâ qvâdam libertate, fiduciâ & oris apertione prolata. Ut gratior eſt pulchrô, veniens de corpore virtus; ita vehiculum, qvò ſpecioſius, eò acceptior ſententia. Ad Zeli calorem porrò exſuſcitare poteſt Servum Domini

3.) *Ho-*

Landesbibliothek Oldenburg

3.) *Hoſtium pluralitas. Domine! qvid multiplicati ſunt, qvi tribulant me?* Sic Eccefiaſtæ ſubindè, cum Davide ingemiſcendum, Pſ. 3. Tot hodiè ſunt Religiones, qvot Regiones; tot Symbola, qvot Capita; tot Confeſſiones, qvot Profeſſiones. Vigilandum itaq; & orandum. Qvando mala increſcunt, tunc multiplicanda ſunt remedia, & ubi abundant ſcorpiones, ibi & abundare debent antidota. Heu! qvàm turpe dormire, cum Judas prodit, cum Phariſæus conſilia agit, cum miles gladiis fuſtibusq; armatus accedit! Frigoris calor, per antiperiſtaſin, hyeme fit intenſior; ſic qvoq; Hoſtium multitudine creſcente, Zelus non frangi debet; ſed intendi, juxta illud: *Tu ne cede malis; ſed contra audentior ito.*

4.) *Qvàm calidè propter Diabolum, & infernum operantur Hæretici?* Uſqveqvaq; in ipſos convenit, qvod Chriſtus, in diebus carnis ſuæ, de Scribis & Phariſæis pronunciavit: *Mare & aridam circumeunt, ut faciant proſelytum.* Matth. 23, 15. Qvotiescunq; ſacris expeditionibus deſtinabat pullos ſuos Ignatius Lojola, toties ad eos: *Ite, omnia accendite & inflammate!* Qvàm ſtrenuè idipſum fuerint executi, Europa, magno malô, multis vicibus, fuit experta. Qvis pulverariam, in Anglia ignorat conjurationem? Qvis buſta ab hoc igne, non vidit in Germania? Rectè Bernardinus Giraldus: *Fons*, inqvit, *& origo mali eſt, quod illud Chriſti ſibi vindicant: Veni ignem mittere in terram. Suam enim ſocietatem illum Chriſti ignem eſſe,*

*vel libris editis gloriantur. Ignis autem nunqvam dicit: Sufficit. Non ergò jam mirum factu eſt, qvod pro nativo ignis ingenio, omnia depaſci, & in ſe convertere conentur.* Pro Senatu Venet. p. 145. Conf. Alphonſi de Vargas, Tolet. Relat. de Strat. Jeſuit. Qvodſi itaq; tantò ardore flagrant Hæretici pro falſitate, qvantò veri ac ſinceri Eccleſiæ Miniſtri flagrare debent, pro Veritate?

4.) *Qvàm ferventer etiam Idololatræ?* De Baalitis commemorat pagina ſacratior, non ſolùm eos, *magnô ingentiq; boatu clamaſſe*; ſed & *cultris ac lanceolis, ſuam vulneraſſe carnem.* Fecerunt id, eâ de causâ, ut ignem ex ſangvine producerent, & fictitium Numen eò citiùs ac promptiùs, in ſua vota pertraherent. Ingemiſcit hìc Vir ſummus *Joſeph Hall*, ſeqventem in modum: Wie viel Mühſamkeit iſt in der falſchen *Religion?* Bibl. Geſch. Part. 2. pag. 783. Utiq; moleſta ac operoſa res eſt depravatus cultus! Sed ex ſpinis uvas, & ex tribulis colligamus ficus. Si hi pro teterrima ſic decertarunt idololatria, qvid Verbi Præconibus, pro ea, qvæ eſt ad pietatem, doctrinâ, faciendum?

5.) *Et qvid tandem Diabolus?* In toto mundo, non eſt diligentior Epiſcopus, qvàm hic eſt. Otioſis aliis, maximè is eſt negotioſus. Nec Victor nec Victus qvieſcit. Victor victoriam proſeqvitur, victus damnum reſarcire ſtudet. *Laqveos tendit* (ſunt Verba Petri Chryſologi) *lapſus parat, foveas fodit, optat ruinas, ſtimulat corpora, pungit animas, cogitationes ſuggerit, immittit iras, dat virtutes odio, vitiaq; amori, errores*

*rores ſerit, diſcordias nutrit, pacem turbat, affectus diſſipat, unitatem conſcindit, ſapit malum ſatis, bonum nihil: violat divina, humana tentat.* Sanctus Petrus ait: *Adverſarius veſter Diabolus, tanqvam Leo rugiens obambulat, qværens, qvem devoret,* 1. Ep. 5, 9. Kein Löw iſt ſo ergrimmet / (ſignificanter ſcribit Mörlinus in Pſ. 51) wenn er einen hungerigen Bauch hat / als eben der Teufel / und iſt ihm nicht darum zu thun / daß er einem einen Finger lahm mache / verſchlingen wil er mit Leib und Seele. Qvam turpe nunc eſſet, ſi Diabolus tàm operoſus, ad infernum; & nos tàm pigri ac deſidioſi, ad cœlum adimplendum? Eleganter *Nonnemo:* Von nun an ſoll mir die Hölle eine Schule ſeyn / darinnen ich lernen will / GOtt ſo ſehr zu lieben / als ihn die Teufel haſſen. Sed ad ferventiorem affectum, Eccleſiaſten excitare etiam poteſt

6.) *Gratia Evangelii.* Auctior gratia auctiores fructus expectat. Plus itaq; ſub Evangelio, qvàm ſub lege efferveſcendum. Qvantò excellentiora ſunt Vera umbraticis, ſpiritualia corporalibus, perfecta imperfectis, efficacia invalidis, Favorem & Vitam adferentia illis, qvæ iram & mortem operantur; tantò etiam Veteri, Novum ſublimius atq; præſtantius eſt fœdus. Qvocircà & hìc acriorem Zelum eſſe oportet. Piè ac comptè B. **Großgebaur:** Es verpflichten uns (inqvit) zu gröſſerer und eifferiger Gottſeligkeit / über die Väter des alten Teſtaments / 1.) die hellere Erkäntniß GOttes / nach ſeiner Macht / Weisheit und Güte. 2.) Die Menſchwerdung des Sohnes GOttes / daß wir der göttlichen Natur ſollen theilhafftig werden / *2. Pet. 1, 14.* 3.) Das Exempel ſeines



Landesbibliothek Oldenburg

nes heiligen Lebens. 4.) Chriſti freundliche Einladung. 5.) Der Heilige Geiſt der Verheiſſung. 6.) Der neue Bund. Dieſe ſechs Stücke fodern viel einen beſſern und völligern Gehorſam von uns / als von den Leuten des alten Teſtaments / *Luc.* 1, 7. 45. Wächter-Stim. Cap. 13. pag. 282. Ac ſimiliter celeberr. *Jer. Taylor*: Ob wir gleich nicht mehr thun können / als dieſes / *nempe* GOTT lieben von gantzer Seelen / und von allen Kräfften / ſo können wir doch mehr / als jene (die Jüden alten Teſtam.) thun; denn unſere Kräffte ſind ſtärcker / unſer Verſtand iſt beſſer unterrichtet / unſer Schild iſt ſtärcker / und unſer Bruſt-Harniſch iſt breiter / und unſere Rüſtung der Gerechtigkeit iſt beſſer / als ſie hatten. *Dates* und *Entellus* kämpffeten / mit aller Stärcke / weil aber *Entellus* mehrere Stärcke hatte / als der andere / ſo war er ein beſſer Streiter. Dubtor Dubitant. Part. 1. pag. 1040. Perire cupiebat Moyſes, pro ſuorum Popularium ſalute. *Et nunc* (loqvebatur ad Deum iratum) *remitte ipſis peccata, aut, ſi non vis, dele me de Libro*, intellige vitæ naturalis, *qvem ſcripſiſti*, Exod. 32, 32. O inflammatum ac ſitientem, erga concreditum ſibi gregem, affectum! Sic Paſtor bonus, pro Ovibus, ponit vitam! Aſt *Paulus*, in novo Teſtam. adhuc erat zeloſior & flagrantior. Nam pro æternâ, ſuorum Fratrum, ſecundùm carnem, ſalute, *optabat fieri Anathema à Chriſto*, Rom. 3, 9. Heu exuperantiam affectûs! Major proin menſura gratiæ, majorem qvoq; menſuram expoſcit vehementiæ. Status Evangelicus ardentior & calidior eſſe debet, qvàm Status Moſaicus. Ad Zeli fervorem excitatur qvoq; Eccleſiaſtes

7.) *Quan-*

7.) *Qvando cogitat, nos eſſe debere Imitatores Dei.* Deus Pater eſt Zelotes. *Sum Zelotes!* ait Ex.20,5. i.e. ſanctiſſimâ irâ, adverſus rivales, in conjugio ſpirituali accendor. Qvid Chriſtus? Tot ora, quot vulnera. Ut febri æſtuans langvebat amore. Idcircò venæ ſectione opus fuit, qvæ etiã, in circumciſione & paſſione facta. Pro Salute animarum noſtrarũ qvævis ſubiit tormenta, ſæviſſima etiam & acerbiſſima. Paſtoralibus prædiditus viſceribus, tanti unicam æſtimavit oviculam, qvanti totum gregem. Per ſepes & ſpinas ſe coarctavit, ut id, qvod amiſſum erat, atq; deperditum, inveniret. Ebullitio ſangvinis, agon cum morte, & ſitis in cruce, nonne luculentiſſima zeli ardentis, fuerunt indicia? Venerat in mundum, non ad vim inferendam, ſed perferendam; non in Spiritu fervoris, ſed manſvetudinis; non cum Leonis rugitu, ſed cum Columbæ gemitu; non per Judicii ignem, ſed per aqvam & ſangvinem; ad patiendum potiùs, qvàm ad agendum; ad miniſtrandum potiùs, qvàm imperandum; Hic tamen ſui ſuæq; profeſſionis qvodammodò oblitus, ſanctiſſimô illô, Zeli ipſum excedentis exceſſu, ex agno mitiſſimo, Leo fit terribilis, & Hypocritas iſtos, qui domum precationis, in Inſtitorum tabernam, quin & in Latronum ſpeluncam commutaverant, ſcuticâ ex templo expellit, ut adeò veraciter ei ſoli, iſtud propheticum adaptari potuerit: *Zelus domus tuæ exedit me*, Joh. 2, 17. Appoſitè B. Broßgeb: Der Eiffer des HErrn (ait) war als ein ſtets-wäh-

 rendes

rendes Feuer / welches alle ſeine Kräffte immer gleichſam ſchmiedete / warm und fertig hielte / zum Dienſte ſeines himliſchen Vaters. Wächter-Stim. Cap. 14. pag. 327. De Spiritu S. autem, tertiâ Deitatis perſonâ, quid novimus? Confertur hic Igni, Matt. 3, 11, & in figura ignearum linguarum etiam, ut ex Act. 2, 3, apertum, ſeſe manifeſtavit. Quidni igitur in nobis quoq;, cumprimis verò, in Eccleſiaſte, ardor eſſet & fervor, qui Chriſti ac Spiritus ejus, participes nos factos, gloriamur?

8.) *Exemplum Angeli invitat qvoq; ad Pietatis Vehementiam. Hos* Deus, teſte Davide, *ignis fecit flammam*, Pſ. 104, 4; Nec invenuſtè de iis Ambroſius: *Angeli*, inqvit, *ſine Zelo, nihil ſunt; & ſubſtantiæ ſuæ amitterent prærogativam, niſi eam*, *Zeli ardore ſuſtinerent.*

9.) *Qvod ipſum & faciunt ſanctorum Virorum exempla.* Qvantus, qvæſo, *Moſis* fuit Zelus, pro nomine & gloria DEI? qvantus *Phinehæ*, cum duos impios, Zimri & Cosbi, unô ictu transfoderet? qvantus *Davidis*, cum rivos aqvarum, ex oculis ſuis effunderet propter illos, qvi DEI negligebant ſtatuta? qvantus *Eliæ*, cum Sacerdotes Baalis, tollendos curaret, & ad ſceleratos abſumendos, è cœlo, ignem devocaret? Zelum habuit hic Thisbites, & ideò raptus eſt in cœlum. Qvàm ingenti etiam, adverſus *Elymam*, Apoſt. Paulus percitus fuit Zelô, Act. 13, 10, ut & adverſus *idololatricos Athenienſes? Irritabatur Spiritus ejus in ipſo, cum conſpiceret urbem idolis deditam*, Act. 17, 16. Et quid

de

Landesbibliothek Oldenburg

de Petro? Corde, ore, re hic erat fervidus. En uſq; adeò hi arſerunt Viri, præ gloria Domini! Et nonne fas, ipſorum Veſtigiis, qvantum licet, inſiſtere?

10.) *Tepor in fide, fideiq; ſpiritualibus exercitiis, nil niſi ſubtiliſſimus eſt Atheiſmus.* Es iſt eben ſo gut/ von keiner *Religion* ſeyn / als nicht eifferig/ in der *Religion* ſeyn. Warſ. Part. 2. pag. 90. Si ex animo crederes, *DEum eſſe*, crederes & hoc, *DEum eſſe colendum*, & qvidem, non obiter, non ſuperficialiter, non perfunctoriè, non pigrè, non tepidè, non aliud qvaſi agendo; ſed ferventer, ardenter, zelanter; Qvoniam autem hoc non facis, indicio eſt, tuam, de exiſtentia Numinis divini fidem, eſſe nullam. Notanter Apoſtolus: *DEUM profitentur ſe ſcire, ſed factis negant.* Tit. 1, 16.

11.) *Tepor maximè adverſatur DEO.* Innuit hoc Chriſti

α) *Exoptatio. Utinam frigidus eſſes, aut fervidus!* Apoc. 3. Talis exoptatio, nonniſi in rebus ſeriis, aut gravibus ſolet adhiberi.

β) *Prælatio. Præſtat frigidum eſſe, qvàm tepidum. In natura qvidem* (ut Dn. Price verbis utar) *tepidum, calido proximius eſt, in religione, neſcio, qvomodò remotius?* Ars Conc. 322. Difficillimè tales homines convincuntur & convertuntur. *Si cœci eſſetis*, inqvit Salvator, *non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis: Videmus! itaqve peccatum veſtrum manet*, Joh. 9, 41. Nullum ceditis locum eruditioni. Vide, qvæ ſupra, hac de re, annotaverim. Conformiter his

U 2 Caſ-

Landesbibliothek Oldenburg

Caſſianus: *Freqventer vidimus de frigidis & carnalibus, ad ſpiritualem veniſſe fervorem; de tepidis & animalibus, omninò non vidimus.*

γ) *Pœnæ interminatio.* Rapit non ſaltim Dominus, à pigro, qvæ dederat talenta; ſed & eundem ex ore ſuo evomit, & qvidem, ſine ulla ſpe reſumptionis. Hinc qvoq; Propheta Jerem: *Maledictus homo, qvi facit opus DEI fraudulenter*, Cap. 48, 10. Alterutrô itaq; igne eſt incaleſcendum, aut cœlite, qvi indemnis; aut illô, qvô, ut moriare, mori non poſſis; qvi, ut ſemper urat, ſemper renaſcitur. Aſinus in V. T. non debebat offerri: ſic adhuc hodiè DEUS faſtidit pigros atq; enerves animos. Abſit igitur Spiritûs ſocordia. Veraciter condemnamur, ſi per torporem, ea, qvæ bona ſunt, agimus.

12.) *Zelus Corona eſt omnium bonorum operum.* Homo præſtantiſſimum eſt mundi; Anima præſtantiſſimum Hominis, Virtus præſtantiſſimum Animæ; Amor præſtantiſſimum Virtutis, & Zelus præſtantiſſimum Amoris. Tolle Zelum, & univerſa officia ſunt vanitas ac phantaſia. Qvid *audire*, niſi adſit attentio? qvid *orare*, niſi adſit intentio? Pro *Petro* incarcerato fiebat προσευχὴ ἐκτενὴς *oratio intenta*, Act. 12, 5; & de *Elia* ait *Jacobus*: προσευχῇ προσηύξατο, i. e. vehementiſſimè & totô virium ſuarum conatu, precabatur. *Verbis* namq; *addita verbalia*, ut Grotius docet, *apud Hebræos, vehementiſſimè ſignificant.* Pariformiter res ſe habet, cum *prædicare*. Hoc parùm efficiet, ſi

non adfuerit calidior affectus. Idcircò nuperus quidam Scriptor: Redet ihr von Chriſto Jeſu/ und verlanget/ daß die elende Seelen ihn in ſeiner Lieblichkeit/ umfaſſen ſollen/ſo thut dieſes ſolcher maſſen/ daß andere mercken können/ wie Er derjenige iſt/ den eure Seele liebet/ und als ein Büſchel Myrrhen zwiſchen euren Brüſten hanget. Wollt ihr die kalte Seelen erwärmen/ ſo laßt das Feuer / ſo in eurem eigen Buſen brennet / wenn ihr von der Sonne der Gerechtigkeit erleuchtet werdet / durch die Flamme / welche aus eurem Munde fähret/ kund werden. Laſſet ſpüren/wie ihr durch das Licht dieſer Sonnen nicht allein erleuchtet / ſondern anch durch ihre Hitze lebendig gemacht ſeyd. Stellet ihn andern nicht nur wegen ſeines Lichtes/ in ſeiner Schönheit vor/ ſondern auch wegen ſeiner Würckungs-Krafft/ in dem herꝛlichen Nutzen/ welchen die Menſchen von ihm haben können. Denn wie Er iſt das Licht/ ſo iſt Er auch das Leben der Menſchen/ Joh. 1. Qvod Spiritus ſunt in carne, id Zelus eſt in anima.

13.) *Zeli fervore, DEO nil gratius eſt atq; acceptius.* Damnant Philoſophi *Nimietatem*; ſed juxta Scripturam, perfectionis ſignat excellentiam. *Beatus Vir, qui timet DEUM, in mandatis ejus volet eſſe nimis*, Pſ. 112, 1. En! qui in mandatis DEI vult eſſe *nimis*, ſeu, qui in præceptis DEI delectatur *valdè*, is eſt beatus. Utinam igitur omnes, qui dicuntur Chriſtiani, imprimis autem, qui ſtudiis ſacris & divinis eloqviis vacant, piè eſſent ebrii, & ſanctè inſani. De *Iſaaco* conſtat, quod is aliqvando, ad ſuum filium *Eſau* dixerit: *Fac mihi pulmentum, ſicut velle me noſti, & affer, ut comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar.* Gen. 27, 4. Tale pulmentum DEO

 eſt

Landesbibliothek Oldenburg

eſt fidei vapor, & devotionis fervor. *Gratiſſimum DEI ſacrificium*, ſcribit Aug: *zelus eſt animarum.*

14.) *Socordia Spiritus, Eccleſiæ valdè eſt noxia.* Dormientibus Epiſcopis, Hoſtis ſeminat zizania; alveos apum occupant fuci, & Locuſtæ, fruges conſumere natæ, agros implent. Sapienter Gvilelm. Peraldus, Ord. Prædic. S.S. Theol. Profeſſ. ac Epiſcopus Lugdun: *Ex ſomno*, inquit, *pigritiæ Prælatorum, multa mala proveniunt, in Eccleſia DEI. Nam periculoſa eſt dormitio Rectoris*, Prov. 23; *Periculoſa eſt etiam dormitio Paſtoris. --- Prælatus gravatus ſomno pigritiæ filios ſuos, opprimit: ſicut meretrix illa*, 3. Reg. 4. *Qvia ſomnus iſte in Prælato magis eſt periculoſus. Ideò ſpecialiter dicit Petro: Simon dormis?* Vid. Concion. tripl. & qvadr. pag. 44. Spectat huc adagium: Wer mit faulen Hunden jaget/ wird wenig Wildpret fangen; & iſtud, quod doctiſſimus Thom. Adami habet: Ich wolte wünſchen/ daß man in keinem Amt/ jedoch mit Verſtande/ kühner wäre/ als in dem Predig-Amt. Denn Sünde iſt vermeſſend/ ja ſchneidend und hochmühtig. Es iſt vor beyde elend/ wenn ein verwegener Sünder/ und ein kaltſinniger Prieſter zuſammen kommen. Wenn der/ ſo ſeine Stimme erheben ſoll/ wie eine Poſaune/ nur durch einen Klotz wiſpelt. Vid. Geiſtr. Schrifften. Part. I. pag. 57. Tandem, ad Zelum etiam exuſcitare poteſt

15.) *Arctum Vitæ noſtræ ſtadium.* Quid, ſodes, vita noſtra? Vapor, Umbra, ros matutinus, nuncius tranſcurrens, dies heſterna, bulla, fumus, fabula, nihil. Addo! Mortis hora quoq; dubia. Nam res De-

us noſtras, celeri rotatas cardine verſat. *Stulte! hâc nocte*, Luc. 12. Laborandum itaq; anxiè, ne mens per negligentiam torpeat, ne otiò ſubacta, ad deſideria cœleſtia frigeſcat. Qvò brevior vita, eò ardentior noſtra debet eſſe induſtria. Plurimùm timendum, ne fuga noſtra in Sabbatho fiat, quando operari non licet. Sextô proin die colligendus eſt Gomor. *Qvicqvid manus tua facere poteſt, inſtanter operare. Nam in ſepulchrô, qvo properas, nec eſt opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia*, Eccleſ. Cap. 9, 10. Nimis ſerùm, tunc aperire oculos, quando in morte clauduntur. Exeſto itaq; omne procraſtinare, differre, exſpectare, addere moram rei, &c. *Si non vigilaveris*, ita ad Sardenſem Paſtorem Chriſtus, *veniam ad te, tanqvam fur, & neſcies, qvâ horâ veniam ad te*, Apoc. 3, 3. Sit noſtrum Emblema, cum Sole: *Celeriùs!* Cum Ezechiele: *Profundiùs!* Cum Paulo: *Ulteriùs!* Cum quovis Renato: *Perfectiùs!* Atq; ſic etiam oſtendi, quibus Motivis, Zelus Miniſtri Eccleſiaſtici poſſit excitari. Nunc progrediendum ad

VI.

*Signa.* Pluſcula equidem poſſent in medium produci; aſt paucis ero contentus. Sit igitur primum ſignum hoc:

1.) *Verus Zelus non eſt cunctator; ſed pennas qvaſi, ad inſtar Militum Alex. M. habet.* Neſcit tarda molimina Spiritus S. gratia. Exquiſitè Beda: *Vult & non vult piger. Pigri vocabulô denotatur, qvi vult regnare*

Landesbibliothek Oldenburg

*gnare cum DEO, & non laborare pro DEO. Delectant præmia, cum pollicentur, deterrent certamina, qvum jubentur.* Tepidi vox eſt: *Vellem*; Fervidi: *Volo*; Tepidi: *Nondum*, Hagg. 2; Fervidi; *Nihil cunctando.* Lanceam protinùs arripiebat *Pinehas* (thuribulum aliàs geſtare, qvi conſveverat) eâq; binos, interdictâ ſibi conſvetudine copulatos, in flagranti peccatô, unô ictu dabat transfixos. Haut carnem & ſangvinem conſulebat hic Zelotes; ſed ſui ducebat muneris, palam & ſine dolore peccantes, palam & ſine commiſeratione eveſtigiò trucidare. Perpendamus hîc, qui priſcæ pietatis ſumus Præcones, num juſſa cœleſtia, promptè ac velociter dederimus executioni? Tarditas, vel nullius, vel modici amoris, eſt argumentum, parumq; diſtant, *lentè velle obſeqvia DEI*, & *diu nolle*. Feſtinanter properabant Paſtores Bethlehemum, ad natum Meſſiam conſpiciendum; & nobile iſtud Diſcipulorum par, ad ſepulchrum Servatoris, perceptâ ipſius reſurrectione, non tàm ibat, qvàm volabat. Amice! quid dicis de te ipſo? Curriſne, an ſerpis? Qui amat divina, volat ad ea. Verus zelus fugit craſtinum, impatiens eſt moræ, & lentè incedere recuſat. Quod itaq; vis facere, fac citò.

2.) *Verus Zelus latere eſt neſcius, nec intra ſilentii clauſtra, ſe capit.* Ignis naturam redolet, qvi foràs erumpit & abſcondi non poteſt. *Numqvid homo*, ita Salomo, *ignem, in ſinu ſuo abſcondere poteſt, & veſtimenta*

Landesbibliothek Oldenburg

*menta ejus non ardent?* Prov. 27. Spiritus quôvis modô incluſus, quærit exitum. Hacpropter Apoſtoli quondam, cum Spiritus, in diſpertitis linguis, ſuper illos deſcendiſſet, ſtatim incipiebat Evangelium annunciare. Et *Apollo*, fervens Spiritu, ea, qvæ Domini ſunt, publicè docere aggrediebatur, Act. 18, 25. Charitas, qvæ fervebat in corde, qvaſi qvasdam ſcintillas ardentiſſimas, emittebat in voce. Sic Zelus ora reſolvit! *Impletus ſum Verbis, & coarctat me uteri mei ſpiritus. Venter meus, qvaſi muſtum, absq; ſpiraculo, qvod lagunculas novas diſrumpit Loqvar, & reſpirabo paululùm, aperiam labia mea, & reſpondebo*, ſic *Elihu*, filius Baracheel, de ſeipſo, Hiob. 32. Non pauci, ſcio, has voces, ex animo inſolenter elato; judicant profectas; aſt Zeli impetui eas tribuere, rectiùs, cum hunc *Elihu*, neq; à Domino, neq; à Hiobo, deprehendamus caſtigatum. Qvâ de causâ etiam *Piſcator* ſpiritum ventris, per ſpiritum mentis eſt interpretatus. *Sicut flatus*, inqvit, *in ventre concluſus, magnô impetu exitum qværit; ſic zelus mentis exitum qværit, per ſermonem*, in Comment. in h. l. Et verè ita eſt. Inflammantur corda Juſtorum, cum non correpta creſcere videant acta perverſorum. Qvinimò, qvantò ampliùs lingvam ſilentiò premunt; tantò acriorem, intrinſecùs, perſentiſcunt dolorem, juxta illud:

*Qvoq; magis tegitur, tectus magis æſtuat ignis.*

Unde Jeremias, Prædicationis ſilentium, his verbis ſibi indicens: *Non recordabor DEI, neq; loqvar ultrà in*

 *no-*

Landesbibliothek Oldenburg

*nomine illius*, confeſtim ſubdit: *Eſt in animo meo, qvaſi ignis ardens, incluſus oßibus meis, & defatiſcor ſuſtinendo, nec poſſum ampliùs*, Cap. 20, 9. Uſq; adeò ignis hic ſacer celari non poteſt; ſed prorumpit è re nata. Signanter Apoſtolus: *Corde creditur ad Juſtitiam, ore autem fit confeßio ad Salutem*, Rom. 10, 10. Qvidam credunt corde; ſed non confitentur ore, ut *Formidoloſi*: Qvidam confitentur ore; ſed non credunt corde, ut *Simulativi*: Qvidam nec credunt, nec confitentur, ut *Athei*: Qvidam & credunt & confitentur, ut *Zeloſi*. *Hi vota fundunt*, ut Tertulliani verbis utar, *hi cœlum tundunt, hi miſericordiam extorqvent.* Inqvire, num mutum etiam habeas Dæmonium?

3.) *Verus Zelus præſupponit amorem.* Qvid enim Zelus aliud, qvàm ardens & ebulliens amor? Amor autem præſupponit *fidem*. Nam *fides*, δι' ἀγάπης ἐνεργυμένη, *per charitatem eſt efficax*, Gal. 5, 6. Operatur per illum, non tanqvam per animam ac formam; ſed tanqvam per manum ſeu inſtrumentum. Fides præſupponit *pœnitentiam*. *Reſipiſcite & credite Evangelio*, Marc. 1, 15. Examinet ſe jam Præſul Eccleſiæ, num amorem erga Deum habeat & proximum? num fides adſit, meritis Chriſti innixa? & num veram ac ſeriam, de peccatis commiſſis, egerit pœnitentiam? *Ferve ac reſipiſce*, ait Salvator, Apoc. 3. Zelus aut interficit peccatum, aut peccatum interficit zelum.

4.) *Verus Oratoris ſacri zelus, ex corde ardente proficiſcitur.* Ignitum eloqvium & frigidum pectus, nil



Landesbibliothek Oldenburg

eſt, niſi æs ſonans & tintinnabulum tinniens. Alia ſunt poma, qvæ ipſa arbor tulit, & alia, qvæ homines, ad eam alligarunt. In neqvitias, qvi declamitant, & omnia, vociferationibus, boatibus, ac tumultuationibus replent, animô interea frigore diſtrictò, ii, per luſum, guttur & latera exercere velle videntur. *Apollo fervens Spiritu loqvebatur & docebat*, Act. 18, 25. En! priùs fervebat Spiritu, & tunc incipiebat loqvi & docere. Ad eundem modum nobis agendum. Nam *nihil ad tabernaculi fabricam conferunt*, ſunt verba celeberrimi Theol. Angli, Joh. Prideaux, *qvi tali zelô non elevantur*. Oper. Theol. pag. 481.

5.) *Verus Zelus flagrantior in DEI cauſa eſt, qvàm in ſuâ.* Plerumq; ita fieri ſolet: Si qvid in opere, vel in verbo contumelioſè attentatum eſt contra nos, illud ſollicitiori proſeqvimur animadverſione, in injuriis autem, Deo illatis, faciles ſumus & miſericordes. Audiatur Bernh: *Vides*, inqvit, *omnem eccleſiaſticum zelum, fervere pro ſola dignitate tuenda, honori tantùm datur, ſanctitati nihil, aut parùm.* Lib. 4. de Conſil. ad Eugen. Nec minùs patheticè *Craſſet:* O wie lau biſt du in dem Dienſte GOttes! wie kalt! wie erſtarrrt! Du biſt ein gantzes Feuer / wenn du wegen deines Nutzens arbeiteſt / und ein lauteres Eyß / wenn du GOtt ſolſt dienen. Chriſtl. Betracht. Part. 1. pag. 1029. Chriſtum Zelus Patris, in diebus carnis ſuæ, exedebat; ſed nos noſtra inanis gloria. Leonis inſtar rugimus, ſi qvis famæ noſtræ, vel unicam ſaltim adſpergere minatur labeculam; ſed



Landesbibliothek Oldenburg

Dei qvando conſpurcatur honor, tam mites ſumus, qvàm oves. Heu rem dolendam! Sed qvid illi, qvi divinô animi ardore ſunt correpti? Neglectis propriis injuriis, eas, qvæ in Deum ſunt commiſſæ, feſtinatâ ac præcipiti, vindicare ſtudent cupiditate. Conſpicere hoc eſt in Moſe. Nec aures habebat ille ad ſui dicteria, nec lingvam; ſed cuncta muſſitabat, vel potiùs devorabat patientiſſimè; Aſt enim, cum Gloria Dei, per Μοσχολατρείαν, pedibus qvaſi eſſet obtrita ac conculcata, uſq; adeò abripiebatur fervore, ut Tabulas Decalogi, paulò ante divinitùs conſignatas, in terram projiceret, & in multas partes comminueret, Exod. 32. Uxor *Pinehæ*, mariti obitum inaudiens, commovebatur eqvidem, triſti hôc nunciô; Verûm, cum Arcam, à Philiſtæis intelligeret captam, obſtupeſcebat, & in has lamentabiles erumpebat voces: *Icabod! emigravit gloria, ab Iſraële!* 2. Sam. 4, 21. Qvàm hìc commodè qvoq; exemplum Chriſti retulero? Univerſos contumeliarum impetus, in propriam perſonam directos, æqviſſimô perferebat animô, contra lingvæ gladium, nunqvam non patientiæ præbens clypeum; at enim, honor Patris ſui cœleſtis, vel tantillùm ſi læderetur, totus excandeſcebat, & juxta meritum congrui atq; condigni, adverſariis ſuis reſpondebat. Hieronymus alicubi de ſe: *Meam*, inquit, *injuriam patienter ſuſtinui, impietatem contra DEum ferre non potui.* O utinam nos, ad hæc exempla componeremus, & eorundem eſſemus æmuli!

6.) *Verus*

6.) *Verus zelus delicta æq; in ſe taxat, qvàm in aliis.* Facilè alioquin proximi agnoſcimus peccata, & aliorum inhæremus ulceribus; in noſtris autem vitiis ſumus luſci. Qvod in aliis horremus, in nobis admittimus. Unde Apologus de duabus Manticis, apud *Catullum:*

*Nimirum omnes fallimur, neq; eſt qvisqvam,*
*Qvem non, in aliqva re, videre Suffenum*
*Poſſes, ſuus cuiq; attributus eſt error.*
*Sed non videmus Manticæ, qvod in tergo eſt.*

Conformiter *Perſius:*

*Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo:*
*Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.*

Item:

*Tecum habita, & noris, qvàm ſit tibi curta ſuppellex.*

Succinit *Horatius:*

*Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in Amicorum Vitiis, tam cernis acutum?*

Nec malè *Salvianus: Scio,* ait, *qvod omnes Rei, veniabiles putant ſemper reatus ſuos. Nam & furta furibus, leves culpæ ſunt, & innocua ebrioſis videtur ebrietas, & apud impudicos, fornicatio ſcelus non eſt: qvia nullum omninò tam grande crimen eſt, qvod non, cujus facinore committitur, ejus ſententiâ ſublevetur.* Lib. 4. adverſus Avar. n. 150. Videri hoc poteſt, in *Davide.* Ex *Nathano* enim, cum is, *Divitis* percepiſſet immiſericordiam, zelô inflammatus, in hanc aſperam protinùs, pleniore buccâ, deſcendebat ſententiam: *Reus mortis eſt Vir ille, qvi fecit hoc,* 2. Sam. 12, 5. Σοφῶς in hoc

 ful-

fulmen Dn. *Joſeph Hall:* Wie ſtrenge Richter können wir ſeyn / auch über unſere eigene Laſter / wenn ſie in andern Perſonen gefunden werden? Wie liebkoſende Heuchler ſind wir im Gegentheil / wenn wir eines andern Laſter / in uns ſelbſt finden. Bibl. Geſch. Part. 2. pag 385. Duriter etiam, ut unicô adhuc exemplô rem explanem, contra Nurum, ex ſcortatione fœdatam, pronunciabat qvondam *Judas Patriarcha*, cum tamen eôdem ìpſe, propriâ dictitante conſcientiâ, teneretur crimine, Gen. 38; 24. Ex qvo pateſcit, qvàm familiare nobis ſit, in aliorum prolapſiones exardeſcere, in noſtras autem nimis eſſe propitios ac indulgentes, ut proin devotus Bernh. non ſine cauſa ſcripſerit: *Nonnulli tam vehementer contra aliorum delicta zelantur, ut videri poßint eſurire & ſitire juſtitiam, ſi eſſet apud eos, de ſuis qvoq; peccatis judicium idem; ſed nunc pondus & pondus: Nam contra alios tàm impudenter, qvàm inaniter æſtuant, & ſeipſos, tàm inſipienter, qvàm inutiliter palpant.* Serm. 4. de Adv. Verùm enim verò, ſanctus zelus, á ſeipſo facit exordium, juxta illud: *Juſtus, in principio, eſt ſui Accuſator.* Et cum Jona dicit: *Propter me hæc eſt tempeſtas!* Cap. 1. Priùs trabem in ſuô, qvàm feſtucam in alterius advertit oculô. Qvin & parcit potiùs aliis, qvàm ſibi. *Ego*, ita Origenes, *me ipſum corripio, me ipſum judico, ego meas culpas arguo, viderint, qvi audiunt, qvid de ſemetipſis ſentiant.* Hom. 12. in Cap. 34. Inqviramus nunc omnes, qvi ſumus de Clericatu Domini, num etiam domi ſapiamus, & pœnam à nobiſmet-

metipſis inchoemus? *Libenter habemus alios perfectos,* (cito verba ſancti cujusdam Scriptoris, ex Andr. Max. Fredro, Politico-Mor. Part. 3. pag. 123.) *& tamen proprios non emendamus defectus; Volumus, qvod alii ſtrictè corrigantur, ipſi tamen corrigi nolumus; Diſplicet larga aliorum licentia, nobis tamen nolumus negari, qvod petimus; Alios reſtringi, per ſtatuta volumus, & ipſi nullatenus patimur cohiberi.* Huic profectò fervori, non eſt fidendum. Egregiè Dn. Daniel Dyke: Es läſſt ſich zwar bisweilen anſehen / du brenneſt für groſſem Eiffer / aber der Dornbuſch deiner Sünden / ſonderlich deiner liebkoſenden heimlichen Eigen-Liebe / bleibet allezeit gantz und unverzehrt / und wird eines mit dem andern / wo du nicht bey Zeit aus ſolchem Eigenthum außgeheſt / und dieſen ſchädlichen Dorn aus den Hertzen hinweg räumeſt / mit hölliſchem Feuer verbrannt werden. Darum laß dich nur nicht mit einem vermeynten Eiffer und Wolgefallen am Guten / bethören / ſondern durchgründe wohl / nicht allein / wo ſolche Bewegungen herkommen / von GOtt / oder vom Satan / ſondern auch / wie ſie deinen innerſten Hertzens-Grund berühren und entzünden. Noſce te ipſum, Cap. 10. pag. 158.

7.) *Verus Symmiſtæ zelus, major micat in adverſis.* Concutitur; ſed non frangitur. Similis eſt flumini rapido, qvod injectò palò, valentiùs decurrit; candenti ferro, qvod aſperſione frigidæ, magis indu ratur; calci, qvæ, qvò magis aqvâ affunditur, eò magis accenditur. Inſignitè Theander Lutherus: Fleiſchliche Brunſt in göttlichen Sachen währet nicht / aber geiſtliche nim̃t zu / je mehr ſie ſchaffet und treibet. Denn des Geiſtes Art iſt / daß er nicht müde wird / ja durch müßig ſtehen wird er matt und müde / durch Arbeit wird er ſtarck / allermeiſt



Landesbibliothek Oldenburg

aber wird er brünſtig / durch Verfolgung und Widerſtand; Darum / was er anfähet / das gehet fort / und kom̄t hindurch / und wenn alle Pforten der Höllen dawider ſtünden. Poſtill. Winter-Theil / fol. 240. Utiq; agitatus fit fortior. Creſcit ſpirantibus auris; Perrumpit diſcrimina qvævis, pollicitationibusq; divinis, qvaſi alis ſubnixus, in nubila ſeſe attollit.

*Tormenta, Carcer, Ungulæ,*
*Stridensqve flammis lamina,*
*Atq; ipſa, pœnarum ultima*
*Mors, ei (zelo) ludus eſt.*

Memoratu dignum eſt, qvod Poggius Florentinus, Græcô & Latinô ſermone, ad perfectum inſtructus, de *Hieronymo Pragenſi*, ſcriptum reliqverit: *Stabat coram Concilio*, ait, *impavidus, intrepidus, mortem non contemnens ſolùm; ſed & appetens, ut alterum Catonem dixiſſes.* Et interjectis nonnullis: *Jucundâ fronte & alacri vultu, ad exitium ſuum acceſſit. Non ignem expavit: non tormenti genus, non mortis. Nullus unqvam Stoicorum, tàm conſtanti animo, tàm forti, mortem perpeſſus, qvàm ipſe appetiiſſe videtur. Cum veniſſet ad locum mortis, ſe ipſum exuit veſtimentis. Tum procumbens, flexis genibus, veneratus palum, ad qvem ligatus fuit. Primùm funibus madentibus, cum catena nudus ad palum conſtrictus fuit. Ligna deinde circumpoſita pectotenùs, non minuſcula, ſed groſſa, paleis interjectis. Tùm flammâ adhibitâ, canere cœpit hymnum qvendam, qvem fumus & ignis vix interrupit. Hoc maximum conſtantis animi ſignum: Cum lictor ignem*

*poſt tergum, ne id videret, injicere vellet: Huc, inqvit, accede, & in conſpectum accende ignem, ſi enim illum timuiſſem, nunqvam ad hunc locum, qvem fugiendi facultas erat, acceßiſſem.* Vid. ipſ. Epiſt. ad *Leon. Aretinum.* En! ſic Zelus tantò ardentiùs excitatur, qvantò vehementiùs reprimitur, cuncta ſpernit, abſorbet difficultates, & ea, qvæ ab incepto deterrere poſſunt, prætergredi facit pericula. Timidus ab officio depellitur qvàm facillimè. Ipſius namq; vox eſt: *Leo eſt foris in medio platearum, occidar,* Prov. 22, 13. Verùm, ardentioris fidei Theologus, capite ſtat erecto, nec ad terrarum motus, nec ad cœli fragores conſternatus trepidat. - - - *Illum,*

*Non civium ardor, prava jubentium*
*Non vultus inſtantis Tyranni,*
*Mente qvatit ſolidâ, neq; Auſter*
*Dux inqvietæ turbidus Adriæ.*
*Non fulminantis magna Jovis manus.*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impavidum ferient ruinæ.*

In rem meam, modò nominatus Dyke: Der göttliche Eiffer bricht durch alle Hinderniß und Beſchwerung / die ihm im Wege liegt. Der Liebe Glut iſt feurig / und eine Flamme des HErrn / daß auch viel Waſſer nicht mögen die Liebe außleſchen / noch die Ströme ſie erſauffen. Je mehr der Eiffer gehemmet und gedämmet wird / je gewaltiger reiſſt und ſchlägt er durch / daß auch Tod und Hölle ſeiner Stärcke weichen müſſen. Er durchdringet alle Veſten / und überſteiget alle Höhe: Er läßt ſich keinen Löwen auf dem Wege abſchrecken / und darff dem Satan und allen Höllen-Pforten Trotz bieten / und ihnen



Landesbibliothek Oldenburg

mit dem Harniſch und der Rüſtung GOttes getroſt unter Augen gehen: Mit GOtt kan er über die Mauren ſpringen / alle Veſtung und Gewalt / die ſich in ſeinem Hertzen wider das Erkäntniß GOttes erheben / darnieder reiſſen / und im Namen des HErrn / alle Sünd und Anlaß zur Sünde zerhauen / vertilgen und außrotten. Verachtet ihn die Welt wegen ſeiner Demuht / und meynet dardurch ſeine Demuht zu leſchen / ſo wird er nur um ſoviel deſto demühtiger: Je mehr die Warheit GOttes von der Welt gehaſſet und angefeindet wird / je mehr liebet / je höher und theurer hält er dieſelbe. In Summa / der Eiffer ſcheuet / noch fürchtet ſich nicht / und läſt ſich nichts bezwingen / noch aufhalten. Betracht. wahrer Buſſe / Cap. 15. pag. 769.

8. ( *Verus Evangeliſtæ zelus non eſt uniformis; ſed in minoribus minor, in majoribus major.* Terribiles conſurgunt in iras Pontificii, modò vel minima inter ipſos violetur ceremoniola. Fac Sacerdotes nutrire comam; Famelicos, ſuccidiæ portiunculam, die Veneris comedere; Ad crucis conſpectum, caput non nudare, aut conſecratâ aqvulâ ſe nō conſpergere, hoc grande ducunt nefas, & morte piandum; At verò libidinibus exardeſcere, aliorum laudibus obtrectari, per ruinam alienæ exiſtimationis, ad famam graſſari, vinô aut aliô aliqvô generoſô liqvore, uſq; adeò ſe injurgitare, ut vomitu etiam iſtud remetiare, invicem mordere, humanasq; carnes, dentibus qvaſi concerpere, hoc ludus & jocus eſt, nihilq; penitùs negotii illis faceſſit. Sed nonne hoc eſt *Camelum glutire, & percolare vinum, in qvod fortè collapſa eſt muſca?* Vah! qvàm exaſperabantur *Phariſæi*, ſi Dominus tem-

tempore Sabbathi, ægrum reſtitueret; ſi Publicanis Peccatoribusq; ſociaretur; ſi qvando ipſius Diſcipuli cibum illotis caperent manibus; ſi ad pellendam famem, ſpicas, Sabbatho vellerent &c? Ipſi interim, laxatis atq; ſecuris conſcientiis, magnalia Legis negligere poterant facillimè. Aliam certè ingreditur viam Zelus, ſi ſanctus eſt & genuinus. Cavet, ne *Ricini jacturam, exitiumq́; Ninive* componat, aut æqvâ lance, iisdemq; ponderibus libret. Putamina, à vero ſalvificæ fidei ac pietatis nucleo diſcernit, errores itidem à contumaciis; excurſiones extra viam, à lapſibus in via; infirmitates à malitiis. Contemplatur fixiùs, qvid ſanctum, ſanctius atq; ſanctiſſimum? Mente revolvit altiore, illud Eſaianum: *In terris non triturabitur Gith, nec rota plauſtri ſuper Caminum circuibit; ſed in virga excutiatur Gith, & Cyminum in baculo*, Eſ. 28, 27. Paucis! non inſanis motibus æſtuat hic ignis; ſed conſiliô & diſcretione.

9.) *Verus Concionatoris zelus ſtudet ſimplicitati, nec qvàm venuſta, faceta & ungventata; ſed qvàm utilis, efficax ac reverenda ſit oratio, attendit.* Feraciſſimum (auſim dicere) iſtorum ſuperbientium, ac calamiſtratorum Eccleſiæ Miniſtrorum (Cantzley-Prieſter und *Amadiß*-Prediger) vivimus jam ſeculum, qvibus nihil allubeſcit, niſi qvod grammaticè conceptum, dialecticè imaginatum, & rhetoricè eſt purpuratum. De ſingulis penè vocibus in conſilium veniunt, examinant eas penſiculatiùs, & ſi quæ ſyllaba apparet

 con-

Landesbibliothek Oldenburg

contumacior,aſſiduò pumice, ut ſic loquar,eam levigare,ſudant. Auditores non eò adigere conantur, ut exclament: *Qvid faciemus Viri Fratres?* Act. 2,38; ſed Curioſulorum plauſus tantùm, ac celebritates quærunt, ut illi, nauſeantibus piis, & qvi ſubactioris ſunt judicii, præ ſtupore dicant: *Nunqvam ſic locutus eſt homo!* Aſt enim verò, ſi alibi, certè in Theologia,

*Ornari res ipſa negat, contenta doceri.*

Apoſtolus *Paulus*, cum ad Corinthios veniret, *non cum eminentia facundiæ aut ſapientiæ veniebat, & annunciabat iis teſtimonium* (Evangelium) *DEI*, 1. Cor. 2,1, h. e. arguta, florida, ſuperba, tumentia, pulmonea, atq; ambitioſa vocabula non excogitabam, nec à terræ filiis, vanitatumq; Diſcipulis, emendicabam; Troporum itidem ſtellulas, comptas phraſes, teretes periodos, clauſularum rhytmos, & hujus venæ alia, æmulanter non affectabam; ſed potiùs univerſâ, elucubratæ declamationis concinnitudine ſpretâ, humili ac pedeſtri uſus ſum dialecto. Hacpropter ſpiritualis Vir, *rudem ſe etiam ſermone* appellat, 2. Cor. 2,6. in reſpectu ſcil. ad eos, qui doctè laſciviebant, florumq; adulteria & giganteas ſectabantur hyperbolas; quorum orationes, nil niſi gemmans Pavonis erat cauda, ad corruſcantes Solis radios expanſa, motu non minùs, qvàm colore varia. A rationum quoq; argutiis, & vano marceſſentis Sapientiæ exceſſu, abſtinebat, *ne fides Corinthiorum, in Sapientia hominum conſiſteret; ſed in Sapientia DEI*, 1. Cor. 2,5. Atq; hanc

Pauli

Landesbibliothek Oldenburg

Pauli ſimplicitatem, omnes Dei, & Eccleſiæ Miniſterio ſacratos, in cathedra eccesiaſtica, ſtrenuè imitari addecet. Flammantia verba ſunt proferenda, non inflantia; nec curioſitas fovenda, ſed charitas accendenda. Als Chriſtus am Creutze hieng/ da war er mit Dornen/ und nicht mit Blumen gekröhnet. *Dæmonum cibus*, ait Hier. *eſt ſecularis ſapientiæ vanitas*. Addo! Prudentibus non tàm placent phalerata; qvàm fortificata, & pii Auditores, frugum ubertate magis nutriri gaudent, qvàm florum amœnitate conſpergi. Peritè B. *Lutherus*: Ein jeglicher Prediger/ ait, ſoll ſich gewehnen/ daß er ſchlecht und einfältig predige / und ſoll bey ſich beſchlieſſen und gedencken / daß er muß predigen unverſtändigen Leuten/ als Bauren/ die eben ſo wenig verſtehen / als die Jungen/ unter zwölff/ dreyzehen/ vierzehen und zwantzig Jahren/ denen man auch alleine prediget / das iſt auch der gröſte Hauffe / daß es dieſelbigen verſtehen/ oder etwas daraus faſſen mögen/ und ihr Leben beſſern. Mir zwar und *Philippo* darff keiner predigen/ wiewol wir auch etwas draus lernen können/ das uns von nöthen iſt. Man muß nicht predigen und tapffer herſcharren mit groſſen Worten/ prächtig und kunſtreich/ daß man ſehe/ wie man gelehrt ſey / und ſeine Ehre ſuche. O nein! hie gilts nicht. Man ſoll ſich richten nach den Zuhörern / und das fehlet gemeiniglich allen Predigern / daß ſie predigen / daß das arme Volck gar wenig daraus lernet. Einfältig zu predigen iſt eine groſſe Kunſt. Chriſtus thuts ſelber/ Er redet allein von Ackerwerck / von Senffkorn ꝛc. und brauchet eitel grobe bauriſche Gleichniſſe. Colloq. Menſ. pag. 241. Et cum aliquando, huic Oratori Germano, verboſus, ad Pſalmum nonageſimum tertium, traderetur Commentarius, id de

 iſthoc

iſthoc tulit judicii: Die ſo mit viel Worten übergehen und ſehr gehren / die ſind gefährlich und verdächtig; denn alle Hiſtorien zeugen / daß die gröſſeſten Ketzer daher kommen ſind / wenn ſie ihr Geſchwätz und Mäulichen wohl haben können brauchen / und alſo das Volck an ſich bracht. Ich habe etwan M. B. hart geſtrafft / der war auch in Worten prächtig / auffgeblaſen / und ehrgeitzig. Ein Prediger ſoll alſo geſchickt ſeyn / daß er fein einfältig / rund und richtig lehren könne die Albern und Ungelehrten / denn es gar viel mehr am Lehren / den an Ermahnen gelegen iſt. Wir ſollen Säug-Ammen ſeyn / gleichwie eine Mutter ihr Kindlein ſauget / die pappelt und ſpielet mit ihrem Kindlein / und ſchenckt ihm aus dem Buſen / da darff ſie denn keines Weines noch Malvaſiers zu / deñ wir nicht Schencken und Kretzſchmar ſeyn. Ich bin denen ſehr feind / die ſich in ihren Predigten richten nach den hohen / gelehrten Zuhörern / nicht nach dem gemeinen Volcke / das achten ſie nicht. Denn / mit hohen und prächtigen Worten einherfahren / ärgert und zubricht mehr / denn es bauet; Viel / mit wenig Worten / fein kurtz anzeigen können / das iſt Kunſt und groſſe Tugend; Thorheit aber iſts / mit viel reden / nichts reden. Darum ſaget St. Petrus wohl / *1. Pet. 11.* Seyd gierig nach der vernünfftigen lautern Milch / als die jetzt gebohrnen Kindlein / auffdaß ihr durch dieſelbige zunehmet. pag. 240. Et alibi: *Qvicunq; inter concionandum, doctiorum rationem habet*, der thut ſein Lebtage keine gute Predigt. *Philippus Melanchthon, dicit, me optimè concionari, in Remberga*, denen gebe ichs ſo kindiſch vor / als ich kan. *Nam pueriliter docere*, das iſt die gröſte Kunſt. Vid. Sylvulam Sent. Exempl. Hiſt. ex Lutheri ac Philip. Melancht. cùm priv. tùm publicis relationib. obſervata. pag. 51. Huic σύμφωνος eſt B. Heinr. *Müllerus*: Mit den Kindern / ait, muß man ſtam̃len. Et ne qvid deſit explicationi, ita ſcitè ac deſignanter pergit: Nimms zu Hertzen / der du

durch

durch heilſame Lehre deine Zuhörer ſeelig machen wilt. Die Welt wil nicht was ſchlechts haben/ das wiſſen die/ſo ihr zu gefallen ſeyn wollen in allen Dingen. Daher komt es/daß die Feld- und Welt-Prediger einen Hauffen prächtiger Worte/ aus den Poëten und Rednern hervor ſuchen/ ſchmücken damit ihre Predigten auffs herzlichſte aus. Solche *Orationes* nennet dann die Welt zierliche Predigten. O Thorheit! wilt du der Sonnen/ mit einem Kertzlein/Licht zutragen? GOttes Wort darff deines Bettelſchmucks nicht/ wird nur durch ſolchen Zierraht verdunckelt.Du magſt mit deinen zierlichen Predigten ein lieblich Gethön vor die Ohren machen/ im Hertzen wirſt du fürwahr wenig Andacht erwecken/ und ſchlechte Erbauung ſchaffen. Nicht aus zierlichen/ ſondern Geiſt-reichen Predigten komt die Erbauung/ und liegt nicht an der Kunſt/ ſondern an der Brunſt. Das Reich GOttes beſteht nicht in Worten menſchlicher Wolredenheit und Weisheit/ ſondern in der Krafft und Beweiſung des Geiſtes. Poëten und Redner richtens nicht aus. Menſchen-Worte haben Menſchen-Krafft. Chriſtus und die Apoſtel haben auffs einfältigſte geprediget/ und was ſchwer geweſen/durch bekandte Exempel und Gleichniſſe erklärt. Et interjectis nonnullis, monita ſua ſic proſeqvitur: Prediger ſollen ſich einer leichten Art im Reden befleißigen/ daß ſie die Einfältigen verſtehen mögen. Welch eine Thorheit iſts/ einen güldenen Schlüſſel zu haben/ welcher die Thür nicht auffſchlieſſen kan/ und den eiſernen hinweg zu werffen/ der die Thür wol kan öffnen? Der Zweck aller Predigten iſt/ daß wir unſere Meynung den Zuhörern zu erkennen geben. Eben ſo lächerlich iſts/ das gemeine Volck mit hochtrabenden und verblümten Worten zu lehren/ als es iſt Frantzöſiſch mit einem zu reden/ der nichts als ſeine Teutſche Sprach gelernet hat. Reden die Lehrer ſchlecht und einfältig/ſo befreyen ſie ihr Gewiſſen/ und mögen mit gutem Fug das Volck des Unglau-

Landesbibliothek Oldenburg

glaubens beſchuldigen/wann ſie ihnen nicht gehorchen wollen: Sonſt liegt die Schuld ſo wol auf des Lehrers Zung/als in der Zuhörer Ohren. Vid. Geiſtl. Erqvickſt. die 188. And. pag 369. Nil veriùs! Qvicqvid enim non facit ad ædificationē audientis, idipſum vertitur in periculum loqventis. Qvocircà *Melancht.* in Ep. ad Cor. 14: *Semper*, inqvit, *ad hos fines referatur* Concio, *ut in Auditoribus excitetur timor* DEI, *ac deinde fides erigens perterrefactas mentes, & accendens invocationem, & gratiarum actionem. Has metas in concionando, ſemper intueamur.* Finirem hîc, ſed inſignia & illuſtria cum ſint, qvæ Vir doctus G. Conr. Bergius, S. Theol. D. Prof. P. & Præſul. Eccleſ. Reformatæ, qvæ eſt Francof. ad Oderam, in Præf. ad Parentis, h. e. Joh. Bergii Homilias, ſuper Text. difficil. ex Ep. ad Rom. hanc in rem diſſeruit, mantiſſæ locô, hîc adjicere placet: Wie man in Artzneyen nicht darauf vornemlich ſiehet/ ob ſolche ſüß/ lieblich/ oder fein anzuſehen/ ſondern wie heilſam ſie ſeyn: Alſo ſol man auch billich in dergleichen Schrifften (*& Homiliis*) nicht auf hochtrabende Worte/ auf zierliche/ wolgeſchmückte/ mit Alter und Neuer Scribenten *Autorit*ät bekräfftigte Reden/ ſondern blos auf die Warheit/ ein fleiſſiges Auge haben. Paulus ſelbſt rühmet ſeine Predigten mehr/ wegen ihrer Einfältigkeit/ als wegen einiger kunſtreichen Spitzfindigkeit oder Wolredenheit/ wann er 1. Cor. 1. und 2. ſpricht: Mein Wort und meine Predigt war nicht in vernünfftigen Reden menſchlicher Weisheit/ ſondern in Beweiſung des Geiſtes und der Krafft: Und giebt uns alſo die Nachricht und Lehre/ daß auch wir dergleichen thun/ oder darnach vornemlich ſtreben ſollen. Es kan ſeyn/ daß mancher mit einer wol-gezierten und geſchmückten Rede/ einige Leute/ die etwan im Gemühte zärtlich oder eckelich t ſeynd/ dazu bringe/ daß ſie ſich über ihn verwun-

dern:

dern: Er wird aber ſchwerlich dadurch Jemanden Gottesfürchtig machen. Dann wahre Gottesfurcht wird in die Hertzen der Menſchen damit nicht gepflantzet/ wann man ihnen die Ohren kützelt/ ſondern wann man ihnen das Gewiſſen rühret. Ein Vater/ der ſeine Kinder ſtraffet/ wird nicht auf Zierlichkeit der Worte Acht haben. Ein rechtmäßiger Ernſt und Eiffer wird ihm ſoviel Zeit nicht nehmen/ daß er viel figürliche Redens-Arten zuſammen ſuchet. Wann jemand eine angefochtene Seele mit ſchönen/ aus der *Rhetoric* geſchmückten Worten tröſten wolte/ das würde eben ſoviel ſeyn/ als wann man einem heißhungerigen Menſchen/ einen Rauchpuſch von ſchönen wol-riechenden Blumen vorhalten und ſchencken wolte. Tauſenderley Blumen aus der Kunſt der Wolredenheit/ werden nimmermehr einen Menſchen dazu bringen/ daß er ein Märtyrer werde/ um Chriſti willen/ oder ſich zum Tode gefaßt mache. Was iſt groß daran gelegen/ wann der Artzt nicht beredt iſt/ wann nur die Artzney gut iſt? Oder/ was mag es ſchaden/ wann dieſer Schlüſſel der wahren Erkäntniß nicht allerdings geputzet und gezieret/ wann er nur dazu dienet/ daß das Himmelreich damit auffgethan wird? Peccant igitur, qvi lingvam non moderantur, ad capacitatem Auditorum; ſed qvantum ſciunt, aliis oſtentare malunt, qvàm prodeſſe. Præclarè Vir ſummus, *Joh. Boys:* Lehrer ſollen mehr ihrer Zuhörer Unverſtand erwegen/ als die Geſchwindigkeit ihres eigenen Verſtandes/ und mehr auf des Volcks Nutzen/ als auf ihr eigenes Lob ſehen/ und ſich gleichſam ſelber verderben/ andere GOtt zuzuführen. Es iſt trefflich vom *Auguſt.* geredt: *Mallem, ut reprehendant me Grammatici, qvàm ut non intelligant populi.* Derſelbige Vater hat öffters in ſeinen Schrifften die Worte Davids: *Non eſt occultatum os meum à te:* Es iſt dir mein Gebein nicht verholen/ *Pſal. 139, 15.*

 über-

überſetzet: *Non eſt occultatum oſſum meum*, als wolte er lieber *barbarè*, als dunckel/reden. Vid. in Evang. pag. 404.

10.) *Verus Sacerdotis Zelus, neceſſaria, iteratis vicibus, proponit.* Nec in *orando*, nec in *ſcribendo*, nec in *prædicando*, repetitiones ſunt fruſtraneæ. Non in *orando*. Nam Chriſtus, tribus diſtinctis vicibus, unam eandemq; orationem, gemente corde, iteravit, Matth. 26. Non in *ſcribendo*. Qvid enim Liber Chronicorum aliud, qvàm repetitio Libri Regum, adjectis ſaltim qvibusdam circumſtantiis? *Eadem ſcribere vobis*, dicit Apoſtolus *Paulus*, ad Philipp. *me qvidem haut piget, vobis autem tutum eſt*, Cap. 3, 1. Pariter *Petrus*: *Non negligam vos, de illis ſemper commonefacere*, (ſcribendo) *tametſi periti & confirmati ſitis, in præſenti veritate*, 2. Ep. 1, 12. Non in *prædicando*. *Egreſſis, Paulo & Barnaba, è Synagogâ Judæorum, rogarunt Gentes, ut in proximè ſeqvens Sabbathum, loqverentur ſibi, hæc verba*, Act 13, 42. Omnes etiam noſtræ Conciones, ſi rem propius intuemur, nil aliud ſunt, qvàm repetitio veteris illius Concionis, à Domino, ad Protoplaſtos in Paradiſo, habitæ. Cor noſtrum admodùm eſt durum, tàm ad credendum, qvàm ad obediendum. Semel itaq; docuiſſe & monuiſſe, non ſufficit. *Sapientum Verba* eqvidem, ut Salomo teſtatur, *ſunt tanqvam ſtimuli & clavi infixi*, Eccleſ. 12, 11; Aſt enim verò, non omnis clavus, unô penetrat percuſſu. Septies, ſeptimô die, Sacerdotes clangere debebant buccinis, & tunc tandem muri Jericho corruere inceperunt, Joſ. 6, 4.

Ad

Ad eundem modum, cum muris veteris noſtri Jericho agendum. Ad primùm clangorem, ut experientia docet, non ſtatim corruunt. Ergò iterationibus & inſtantiis eſt opus. Perqvàm utiles, in theologicis itaq; ſunt tavtologiæ! Philippo Melanch. Mimus qvidam ac Irriſor objiciebat, aliqvô tempore, eum, unam eandemq; rem, toties repetere; Sed reſpondebat ipſe: *Utinã meus Coccyſmus Deo placeret! Dicentibus:* (ita Seneca, ad ſuum Lucilium alicubi) *Qvousq; eadem? Ego dico: Qvousq; eadem peccabitis? Remedia ante vultis, qvàm vitia deſinere? Dicam etiam invitis profutura.* Benè, qvinimò optimè! Claudam verbis B. noſtri *Balduini:* Gleichwie ein Röslein an ſich ſelber ſchön reucht / wirds aber zwiſchen den Fingern offt zerrieben / ſo wird der Geruch ſtärcker. Alſo auch eine Lehr und Vermahnung aus Gottes Wort / je öffter ſie wiederholet wird / je angenehmer iſt ſie denen / die GOttes Wort lieb haben. Die aber nur aus Gewonheit oder neuen Zeitung halber / in die Kirche kommen / denen iſt auch ſchon die erſte Lehre zuviel! Außl. der Sonntagl. Ev. pag 3.

II.) *Verus Præconis verbi divini zelus, æq; pro pragmaticis ardet, qvàm pro dogmaticis.* Jam ſuprà de hoc, ad ſufficientiam, actum memini, pag. 50. ſqq. Nunc ſaltim, unum atq; alterum teſtimonium adjicere placet. Es iſt wahr / ita pientiſſimus *Baxter*, mancher Menſch kan für den *ſpeculativen* Theil unſerer *Religion*, aber nicht für derſelben *Practic* eiffrig ſeyn / nemlich / die Gläubigen zu verthädigen / oder / daß GOtt barmhertzig iſt / oder wider die Juden zu verthädigen / daß Jeſus ſey der Chriſtus / oder wider die Türcken / daß JEſus der eintzige Seligmacher und Lehrer der Gemeine iſt; oder wider die Päbſtler / daß alle Chriſten in der



Landesbibliothek Oldenburg

gantzen Welt / ſo wol zu der Chriſtlichen Kirchen gehören / als die Römiſche / dieſes aber iſt nur ein geringes Stück unſerer *Religion*, und weder dieſes / noch einiger heydniſcher Eiffer / heiliget das Hertz / oder creutziget warlich das Fleiſch / überwindet auch die Welt nicht. Vid. ejus Ruhe des Gewiſſens / p. 409. Sed impreſſiùs adhuc, & penetrantiùs, alius qvidam Theologus: Ihr eiffert über die Glaubens-Artickel / (his verbis Oratores, Myſteriis divinis initiatos, alloqvitur) und wollet alle diejenigen nicht für eure Brüder erkennen / die dieſelbe nicht mit euch glauben und annehmen / warum eiffert ihr denn nicht auch alſo über die Lebens-Artickel / da ihrs doch Befehl habt / die Räuber / Geitzigen / Säuffer / Trunckenbolde / die von des Nechſten Schweiß und Blut herꝛlich leben / die Welt lieb haben / die Brüder haſſen / aus der Gemeine zu thun / nicht mit ihnen zu eſſen / und ſie nicht zu grüſſen / und alſo für keine Brüder zu halten? *1. Cor. 5, 11. 2 Theſſ. 3, 14. 2. Joh. 5, 10.* Iſt alſo euer Eiffer kein Eiffer. Was iſt der Ruhm von Glaubens-Artickeln anders / als Lügen / wenn nicht die Lebens-Artickel / oder die Gebote Chriſti gehalten werden / wie *1. Joh. 2, 4,* bezeuget. Wer da ſaget: Ich kenne Chriſtum / bin und bleibe in Ihm / und hält ſeine Gebote nicht / der iſt ein Lügner / und in ſolchen iſt keine Warheit. Darum / wer da ſaget / daß er in Ihm bleibe / der ſoll auch wandeln / gleichwie Er gewandelt hat. Glaubens-Artickel müſſen ſeyn / man muß darnach glauben / man muß ſie nicht verachten / denn man verachtet GOtt ſelbſt. Bedencket ihr aber nicht / daß es mit den Lebens-Artickeln / mit den Geboten JEſu / und aller ſeiner Apoſtel / die ſie durch Chriſtum gegeben haben / eben auch alſo müſſe beſchaffen ſeyn? Wer ein einiges Gebot JEſu / ein einiges Gebot *Pauli*, und anderer Apoſtel verachtet / derſelbe verachtet GOtt und ſeinen Heil. Geiſt / *1. Theſſ. 4, 2. 8.* Und weil dieſes Warheit iſt / hilff ewiger GOtt! wie muß Chriſtus und ſein Heil. Geiſt heute verachtet und geſchän-

ſchändet werden. Welches iſt ſonſten der rechte *Character* der wahren Chriſten/ als das Zeugniß Jeſu haben/ und ſeine Gebote halten? *Apoc. 12, 17.*

12.) *Verus Homiletæ Zelus, in practicâ potius pietatis ſtudiô fervet, qvàm in Qvæſtionum & Controverſiarum Tractationibus.* Ad polemicas qvasdam Ζητήσεις (μωρὰς qvidem illas plerasq;, & ἀπαιδεύτυς) cuncta nunc penè referuntur, non aliter, acſi Theologiæ anima, in iis eſſet ſita, & in iis ſolis eſſe verſatum, faceret Theologum, imò Chriſtianum; Alget interim probitas, & ſanctè vivendi ratio, tanqvam ἀπροσδιώνυσον qviddam, vulgò negligitur. Audiatur *Brunnemannus*, ſpectatiſſimæ probitatis ac doctrinæ Jure-Conſ: Zelus, inqvit, *in Controverſiis tractandis, eſt in multis nimius; ſed Zelus in promovenda pietate, & tollendis corruptelis, riget in plerisq; penitùs.* Vid. Jus eccleſiaſt. Lib. 1. Cap. 6. n. 13. pag. 104. Pariformiter conqveſtus eſt celeberr. D. *J. Fr. Mayer*, dum in hæc verba deſcendit: *Appello Conſcientiam omnium bonorum, an non noſtra Theologia, in ſcientiam & habitum ſpeculativum degeneraverit? De qvæſtionibus ſubtiliter diſſerere, argumenta adverſariorum ſolidè refellere, noſtra pugnaciter defendere, omnium hæreſium noſſe origines, occaſiones, momenta, excutere illarum latibula, acutè de ſingulis judicare, hæc Theologum abſolvere, multis videntur. Pietatis autem (cujus cauſa integrum Theologiæ Syſtema docetur ac diſcitur, & ad qvam omnes fidei articuli impellunt & excitant) & manſvetudinis*

 *& pa-*

*& patientiæ & dilectionis leges ſi admittendæ, tum deniq́ humeros attollimus, ſupercilia ducimus, & allotria hæc eſſe exiſtimamus. Breviter! Literati in theologicis malumus eſſe, qvàm pii.* Vid. Program. in qvo, Acad. Witteb. Patres & Cives, ad inauguralem hab. invitat. Sed hi diſputaturientes Theologi, qvi ſic de levibus, nec qvicqvam utilitatis habentibus rebus, magnâ animi lingvæq; promptitudine, in ſuggeſtu certant, Auditoribus ſuis, pro pane præbent lapides, pro fructibus folia, & pro vero alimento, inſipidam terram, melle venenoſo permixtam. Pauca ſunt illa fidei capita, qvæ nobis, ad indipiſcentiam æternæ ſalutis, creditu ſunt neceſſaria, nec difficilia. Qvid itaq; tricis & plicis opus? Diſputando certè non pervenitur ad cœlum; ſed credendo. Nec ſanctior aut ſapientior qvis evadit, qvando multa vera eſſe intelligit; ſed qvando ea, qvæ vera agnoſcit, in actum traducit. Praxis itaq; enixiori ſtudiò urgenda. *Præcipuus Theologorum ſcopus,* ita egregiè Eraſ. Rot. *eſt, ſapienter enarrare divinas literas: de fide, non de frivolis qvæſtionibus, rationem reddere; de pietate graviter atq; efficaciter diſſerere, lacrymas excutere, ad cœleſtia inflammare animos.* Si Scripturam inſpicimus, oppidò apparebit, eam in revelandis abſconditis, non adeò eſſe prolixam & copioſam, qvàm in inculcandis illis, qvæ Deus à nobis vult fieri. Similiter & Præſul Eccleſiæ, plus temporis, piis officiis bonisq; operibus debet impendere, qvàm illis qvæſtionibus diſcutiendis, qvæ curioſos po-

potiùs reddunt, qvàm pios. Exqviſitè eruditiſs. *Burmann: Controverſiæ non exhauriunt univerſam Religionis dimenſionem; ſed eas ſolùm illius partes, qvæ qvantùm ad hæreticos, in qvæſtione ſunt; idq́; non ex fidei ipſius genio, ſed errantium potiùs importunitate. Fides enim non eſt negativa, ſed affirmativa; nec conſiſtit in negatione errorum, ſed affirmatione veritatis.* Et interpoſitis nonnullis: *Non in qvæſtionibus, earumq́; minutiis, conſiſtit maſcula Theologia, ſed in ſucci nervorumq́; plenis doctrinis, qvæ ad inſtitutionem, ad redargutionem, ad correctionem, ad diſciplinam, in juſtitiâ ſunt utiles. In hiſce ſubſiſtendum, nec ad alia, qvæ magis ſubtilitate, qvàm utilitate ſe commendant, facilè progrediendum; Non magis enim, in Theologiâ, qvàm in Philoſophia, atomos probo.* Vid. Diſſert. de doctr. Chriſtiana, pag. 260 & 262. Spectat hùc Votum B. Chytræi: Wolte GOtt! wir gewehnten unſere und unſerer Zuhörer Gemüther / mit Furcht des Herrn / Buß und Bekehrung / Schrecken gegen den Zorn und Gericht GOttes über die Sünde / zur Ubung der wahren Gottſeligkeit / Gerechtigkeit und Liebe GOTtes und unſers Nechſten / vielmehr als *diſputir*lichen Zanck-Sachen / dadurch nur angezeiget wird / daß die bey vorigen Zeiten geweſene *Sophiſterey* nicht weggenommen; ſondern nur auf andere Fragen und Streitigkeiten umgewechſelt oder verändert ſey. In Epiſt. ad Hier. Mencelium, pag. 348. Conf. Qvenſt. Ethic. Paſtor. 384. Pia deſideria D. Spen. pag. 19. D. Melch. Zeidleri Keddium refut. pag. 15. 16.

13.) *Verus Prædicatoris Eccleſiaſtici Zelus, errores nunc graſſantes, à qvibus Eccleſiæ periculum imminet,*

Landesbibliothek Oldenburg

*net*, ἐπιστομίζειν *allaborat, cæteris calcatis & ſusq; deq; habitis.* Ubi flamma non conſpicitur, nec proximus ardet Ucalegon, qvid opus, ut ad reſtingvendum accurramus? De ignotâ & olim ſopitâ hæreſi, coram plebe diſſerere, nil aliud eſt, qvàm eam ſerere. Tempus, Deo & Eccleſiæ debitum, Deo & Eccleſiæ ſacrum, non in qvisqviliis terere, nec in papilionum importunitate abigendâ perdere, fas eſt. *Patres*, ita notanter Spizelius, *licet pro ingenii ſui acumine, & profundiſsimæ eruditionis apparatu, ſublimiora, & abſtruſiora plurima, in medium afferre potuiſſent, nihilominùs humiliora, fructuoſiora tamen, & inſtruendis Auditoribus minùs peritis aptiora, ubiq; ſunt conſectati, intentis ſemper in ſcopum palmarium, oculis, id contendentes, ut prodeſſe poſsint multitudini, ex ipſis propoſitionum ſacrarum viſceribus, monita maximè ſalutaria proferrent, & breviuſculi temporis ſpatiô, affectibus multivariis oportuna remedia adhiberent.* Infelix Liter. 1109. Sæpè Populus ingemiſcit: Neceſſaria ignoramus, qvia non neceſſaria didicimus. In Fide & Charitate totus conſiſtit Chriſtianiſmus. Abſit itaque, & iterùm abſit, ut Auditores noſtros, ventô & vanitate paſcamus.

14.) *Verus Miniſtri eccleſiaſtici Zelus, non eſt Generaliſta, qvi ita taxat, ut nemo putet ſe tangi; ſed eſt Specialiſta.* Die Welt-verſtändige *Philoſophi* und böſe *Aulici Theologi* (ſic graviter Wigandus) unterſtehen ſich/ den Heil. Geiſt zur Schulen zu führen/ und ſeine Zungen zu ſchleiffen/ daß

daß Er nach ihrem Gefallen / und wie ſie es gut dûncket / reden ſoll: Geben vor / es gebûhre dem Predig-Amt nicht mehr; daß man *in genere*, ingemein / dahin ſtraffe / ſolches kônne man wol mit gutem Gewiſſen thun / weiter kônne noch ſolle man nicht ſchreiten / über dieſe vorgeſpannete Schnur ſoll man nicht hauen / nicht *ad ſpeciem* gehen / und alſo Sûnde und Sûnder abmahlen / daß man verſtehe / wen und was man meyne. Denn es ſey nirgend befohlen / es ſey nur eine Frechheit und Zungenſucht / welche einer vom andern lerne / es bringe groſſen Unraht und Schaden / im weltlichen Regiment und gantzem Leben. Vid. ejus Reſp. in Fel. Bidemb. Conſil. Theol. Dec. 2. Reſp. XI. pag. 220. Sed nonne *Nathan* ad ſpeciem (liceat hôc terminò uti) deſcendebat, cum ad *Davidem* diceret: *Tu es Vir mortis*, 2. Sam. 12, 7? Nonne *Micha*, cum ad *Principes Jacob* & *Duces Domus Iſraël*: *Audite, Principes Jacob & Duces Domus Iſraël! Numqvid non veſtrum eſt ſcire Judicium? qvi odio habetis bonum, & diligitis malum, qvi violenter tollitis pelles eorum deſuper iis, & carnem eorum deſuper oſsibus eorum*, Cap. 3, 1? Nonne *Johannes*, cum ad *Phariſæos* & *Sadducæos*, ad Baptiſmum ſuum venientes: *Progenies Viperarum!* Matth. 3, 7? Nonne *Chriſtus*, cum ad *Scribas* & *Phariſæos*: Væ vobis *Scribæ* & *Phariſæi*, Matth. 23, 23? Nonne *Paulus*, cum diceret: *Sermo Profanorum depaſcit, ut Gangræna. Ex qvibus eſt Hymenæus & Philetus*, 2. Tim. 2, 17. Doloſus verſatur tantùm in generalibus. Et qvomodò Pſeudo-Prophetæ poſſunt vitari, ſi non conſtet, qvinam ſint illi? Lupus eſt nominandus, indicandus. Regula Apoſtoli



Landesbibliothek Oldenburg

etiam eſt nota: *Qvi peccat*, (ſc. publicè) *publicè eſt etiã reprehendendus, ut & cæteri timeant*, 1. Tim. 5, 20. Ergò utiq; ad ſpeciem deſcendendũ. Sed tangitur hìc qvæſtio: *Num anteqvam publicè inſtituantur correptiones, ſemper præmittendæ ſint privatæ admonitiones?* Rſp. neg: *Gradus privatæ admonitionis*, ſignificanter ait Oſiand: *non habent locum, in atrocioribus criminibus, ut in homicidiis, adulteriis & ſimilibus.* Vid. Paraph. ad Cap. 18 Matth. Succinit G. Calixtus: *Hoc*, inqvit, *præceptum:* Si Frater tuus in te peccat, *accipi debet, de peccatis occultis, & qvæ aliunde publicè non innotuerint, aut publicè ſcandalum præbuerint: Nam ſi talia fuerint, obtinebit illud Pauli, eos, qvi peccant, in conſpectu omnium argue, ut & reliqvi metuant*, 1. Tim. 5, 20. *Ipſeq; Paulus, ſine prævia admonitione ſecreta, Petro, qvi ſimulatione ſuâ, Fratres abduxerat, in os apertè obſtitit*, Gal. 2, 1. Concord. Evang. p. 292. Eadem mens ſedit B. *Ægid. Hunnio: Infirmitates* (ſcribit) *Miniſtrorum Eccleſiæ communes ſunt tegendæ, & delicta, ſi nondum in apertum eruperunt, caſtiganda ſunt ita, ut Gradus ſerventur admonitionis*, Matth. 18. *At graviora delicta, qvæ non ampliùs occulta ſunt; ſed publicè nota, minimè ſunt diſſimulanda, qvin ſeveriùs etiam caſtiganda, in Miniſtris, qvàm in reliqvo Auditorum vulgo, ne diſſimulatio hæc qvandam vel colluſionis, vel etiam approbationis ſpeciem habeat, & diſſolutio Vitæ, laxatioq; diſciplinæ ſeqvatur, apud Auditores.* Vid. Comment. in 1. Ep. ad Tim. Cap. 1. pag. 807. Similiter B. D. *Qvenſt: Vitia*, inqvit,

&

Landesbibliothek Oldenburg

*& peccata ſeriò reprehendat Miniſter Eccleſiæ; privata (qvamdiu privata manent) privatim, publica & cum manifeſto ſcandalo conjuncta, publicè, nec ſemper in genere; ſed qvandoq; in ſpecie.* Hæc in Exegeſi fuſiùs deducuntur. Ethica Paſtor. pag. 430. Nec minùs ſignificanter D. & Prof. Theol. publ. *J. Mich. Langius: Defuit* (en verba ipſius!) *Eli, ſuo officio eccleſiaſtico, ſcandalis publicis & enormibus opponendo privatam admonitionem, non ſine turpi confuſione officii epanorthotici paſtoralis & correptionis fraternæ. Æternæ Veritatis regula paſtoralis eſt, qvam legimus*, I. *Tim.* 5, 20. 21. *Eos, qvi (publicè) peccant &c. Qvod autem vulgò, etiam publicis ſcandalis putant primùm opponendas eſſe admonitiones privatas, anteqvam publicè coram omnibus corripiatur peccator; id qvidem (niſi per admonitiones privatas, inqviſitionem, in rei veritatem intellexerimus) præter rem eſt, & repugnat non modò expreſſo huic Pauli Præcepto; ſed etiam fini officii epanorthotici, qvi eſt, non modò conſulere animæ peccantis; ſed præcipuè, ut ſatisfiat Eccleſiæ læſæ, & ut offendiculum publicum, publicè deſtruatur.* Vid. Exercit. paſtor. de funeſto Eli Sacerdotis Miniſterio, pag. 7. Conf. Gerh. Loci Theol. in Art. de Miniſt. Eccl. § 286. J. Frid. Meieri Muſ. Part. 2. pag. 70. § 4. Georg. Königs Caſus Conſc p. 745. ſeqq. J. Thaddæi Concil. Bibl. pag. 306. Sed audiamus qvoqve, exteri, hac de re, qvid ſentiant Theologi? Celeberr. *Voëtius*, poſtqvam qvæſiverat: *An omnem publicam ac apertam, neceſſariò, præcedere debeat correptio ſe-*

ſecreta? diſertè reſpondet negando: *Non eſt*, inqvit, *neceſſarium*, 1. *cum peccatum proximi eſt publicum*, 2. *Reip. pernitioſum, & periculum in mora, v.g. in Proditione, Hæreſi*, 3 *qvando ob concurrentem aliqvam Circumſtantiam, prudenter judicari poteſt, modum illum, vel omninò, vel ex parte futurum inutilem. Hùc advocant exemplum Chriſti, immediatè corripientis Judam, Joh.* 13, *& Pauli, corripientis Petrum, Gal.* 2, *& Elymam Magum, Act.* 13, *& Petri, corripientis Simonem Magum, Act.* 8. Exercit. Piet. 726. Conf. Heidegg. Med. Theol. Loc. 17. § 31. p. 343. Ameſ. de Conſc. Lib. 4. Cap. 29. § 10. p. 384. Agmen claudat doctiſs. *Oliver Bovvle: Privata*, inqvit, *peccata privatim; & publica, aut qvaſi publica, publicè ſunt reprehendenda. Qvæ non niſi, te conſcio, perpetrantur, privatæ admonitionis velò obtegenda; nullatenùs ad publicas reprehenſiones progrediendum, niſi vilipendantur privatæ. Qvi ſecùs fecerit, lapſus clancularios in apricum proferendo, næ ille reprehenſos irritabit, haud facilè emendabit. Qvisq; enim eatenùs duntaxat, ex reprehenſione proficit, qvouſq; in ea benevolentis animum animadvertit. Nulla verò amoris certior teſſera, qvàm ubi lapſi famæ conſultum. Si velis illum publicè arguere, qvem ſolus noſti peccâſſe, non correptor, ſed proditor eris, ait Auguſtinus. Nihilô ſecius, ſi qvis pluribus conſciis lapſus fuerit, omnis exiſtimationis cura poſthabenda, coram omnibus arguendus, ut ſic reliqvi timeant. Pluris enim eſſe debet animæ cujusq; ſalus, qvàm ejusdem fama, ubi alterutra neceſſariò negligenda.* Paſtor Evangel. p. 344. ſeq.

15.) *Verus Antiſtitis eccleſiaſtici Zelus nunqvam eò ſe adigi patitur, ut qvando ſuum officium, juxta præſcripta Domini fuit executus, vel palinodiam canat, vel*



Landesbibliothek Oldenburg

ut impii eos, qvi Zelô Domûs Dei calent, inſaniæ, plùs juſtô fidentiùs, damnent, nullos tamen, ab ortu Solis uſq; ad occaſum, juxta Dei judicium, ſaniores his, in terris, exiſtere, certum eſt. Quod ipſum cognoſcentes pii: *Sive inſanimus*, inquiunt, *DEO inſanimus; ſive ſanâ mente ſumus, vobis ſanâ mente ſumus*, 2. Cor. 5, 13. Aſt nondum pauſa malorum! A verbis, ad verbera, haut raro progreditur mundus, qvemadmodum Rabbini, citante Mareſio, ridiculè pertendunt, non verba tantùm, ſed & verbera Evam adhibuiſſe, ut Virum, in culpæ ac miſeriæ pertraheret conſortium. Vid. Colleg. Theol. p. 120. Sic *Apoſtolos*, ne nomen Chriſti profiterentur, cædebat flagris, *Stephanum* obruebat lapidibus, alios ferrô percuſſit, alios ignis incendiô cremavit, alios aliô modô, è vita ſuſtulit. Rectè B. Luth: *Qvicqvid eſt aliqvid mundi*, ſcribit, *vexat Legatos DEI*, Alles was Welt iſt/ und heiſſet/ das *tribuliret* die Geſandten GOttes. in Cap. 12. Matt. Et quamvis agnoſcat, rem omninò ita ſe habere, ut Myſteriorũ Dei Diſpenſator in ambone dixit, nihilominus tamẽ ad pœnas eundem expoſcit, & vel densô verbere illum concutit, vel carcere conſtringit feroci, vel capitis accerſit, vel aliô ſupplicii genere ipſum afficit. Egregiè hoc, inſignis Theologus, *Joh. Val. Andreæ*, in certo quodam Apologo, quem etiam hùc adſcribere haut pigrabor, depinxit: *Candor*, inquit, *ingenuus*, (ſanctus Zelus) *quod vitia malorum liberiùs increpaſſet, capitis accerſitus eſt. Vbi convenerunt Judices*,

Landesbibliothek Oldenburg

*dices, interrogatus Candor* (Zelus) *an accuſationem agnoſceret? faſſus eſt, addiditq;: Hìc ſto, non poſſum aliter, Deus me adjuvet! Cum igitur colligerentur ſententiæ, primus dixit:* Ita eſt, *ut Garrulus ille ait: ſed id ſcire illum, curioſi; alios, periculi eſt: itaq; tollendum cenſeo. Secundus:* Ita eſt, *ait, ut dixit: ſed qvid, poſteritatem noſtros nævos ſcire, refert? Tertius:* Ita eſt, *inqvit: ſed capita offendere minimè tutum eſt. Qvartus:* Ita eſt, *ait: ſed turpitudinem ſuam, nemo libenter audit. Qvintus:* Ita eſt, *inqvit: ſed oportet audacem eſſe hominem, qvi talia proloqvitur. Sextus:* Ita eſt, *ait: ſed cùm nihil emendatur, qvid blaterare juvat? Septimus:* Ita eſt, *inqvit: ſed cur hic non ſua agit, & odioſa omittit? qvis enim hunc nobis Judicem conſtituit? Octavus:* Ita eſt, *ait: ſed privatim potùs monuiſſet, abſtinuiſſet à publico. Nonus:* Ita eſt, *inqvit: ſed nonnihil exaggerata noſtra mala videntur. Decimus,* Ita eſt, *inqvit: ſed minùs artem veritati admiſcuit. Undecimus:* Ita eſt, *ait: ſed livoris nimis, qvàm multum habet. Duodecimus:* Ita eſt, *inqvit: ſed qvid nunc vulgi publica fabula erimus? Ergò concluſum, qvandoqvidem omninò* ita ſit, *nec tamen id proſtare expediat, condonandam qvidem homini adhuc fortè convertendo vitam; ſed os omninò maledicum obſtruendum, decretiq; in pœnam undeqvadrageni colaphi: qvos cum patientiſſimè, ab impuro homine ſuſtinuiſſet, nihil niſi hoc Chriſti noſtri ſubjecit: Si malè locutus ſum, teſtificare de malo; ſin benè, cur me cædis?* Vid. Apol. Manip. II. apol. 21. p. 65. Sed Zelo Miniſtri eccl. adverſatur quoq;

 3.) *Pec-*

Landesbibliothek Oldenburg

3.) *Peccatum inhabitans.* Hoc, uti eſt pravitas expers boni ineſſe debiti, luminis ſcil. ac perfectionis in creatione acceptæ; ita ex adverſo etiam eſt pravitas, cupida mali indebiti. Ad quemvis peccatorum commeatum, ad odium DEI, fiduciam Creaturæ, curam ſeculi, ludibrium myſteriorum fidei, & cumprimis ad teporem ac torporem, in rebus ſpiritualibus, ſollicitat. Quapropter etiam Apoſtolus Paulus ὄγκον πάντα, καὶ εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, *omne pondus & circumſtans nos peccatum*, ut Vulgatus tranſtulit; ſeu juxta Verſionem Lutheri: Die Sünde/ die uns immer anklebet/ und träge machet/ magnâ ſeveritate, deponere jubet, Hebr. 12, 1. Renatis qvidem, ſi *Caſtellioni* ſeu *Caſtalioni* (vid. Blount Cenſuram celebr. Virorum, pag. 701.) fides habenda, nihil ab hoc hoſte timendum. Univerſos enim homines, in tria genera diſpeſcit, ut in irrenatos, renaſcentes & renatos: In Irrenatis caro dominatur ſola, absq; rivali; in Renaſcentibus datur σαρκοπνευματομαχία, i. e. lucta Vitiorum & Virtutum; aſt in Renatis minimè. *Perpetuam*, inqvit, *colluctationem, ſacræ literæ nusquam dicunt. Caro quidem luctatur, quamdiu vivit; ſed mortua non luctatur, ſicut eſt in proverbio: Homo mortuus non gerit bellum. In Galatis luctatur, qui dementes erant, & à Spiritu exorſi, in carnem deſinebant, ideòq; à Paulo informandi erant: Sed idem, de omnibus dicere, eſt ſanos & ægrotos, unâ definitione definire.* De obed. DEO præſt. 248. Verùm enim verò hæc enarraſſe eſt refutaſſe. De irregenitis equidem haut

vatè largior, in illis nullam ſpiritualem eſſe pugnam, vel nutibus peccati, promptiſſimô animô obſecundant. *Spiritualem* dico, nam qvod ad *rationalem* attinet, qvæ tantùm circa craſſiora delicta verſatur, illa non eſt hujus loci. Vid. Ameſ. de Conſc. Lib. 2dô, Cap. XI. At enim verò, cum renaſcentibus & renatis, res aliter ſe habet. Ad hos propriè ſpectat colliſio carnis & ſpiritus, cum hoc tamen diſcrimine, qvod Renaſcentium ſit exterior, ubi Spiritus S. exteriùs tantùm adſiſtit, & per verbum lectum, auditum, cogitatum, cor pulſat, & ad pleniorem pœnitentiam concitat; Renatorum verò eſt interior, ubi Spiritus S. inhabitat. Pro more, i. e. ſolidè Vir examuſſitati judicii, B. *Joh. Muſæus*, hac de re diſſerit, qvando ait: Die σαρκοπνευματομαχία iſt zweyerley. Die eine beſtehet/ *in actibus & motibus ſpiritualibus, adverſus carnem luctantibus*, die den Heil. Geiſt von auſſen/ durch das Gehör des Göttlichen Worts/ in dem Hertzen der Menſchen würcket. Die andere entſtehet von innen/aus innerlichen geiſtlichen Kräfften/die der Menſch vorher aus des Heil. Geiſtes Würckung/durch das Wort GOttes empfangen hat/ und von dem/ in ihm wohnenden Heil. Geiſt. Von der σαρκοπνευματομαχία, die von innen entſtehet/aus innerlichen geiſtlichen Kräfften/ iſts wahr/ daß ſie von dem einwohnenden H. Geiſt/ und aus dem Glauben komme/ eine Frucht des Geiſtes ſey/ und nirgend ſtatt habe/ als in denen/ die das geiſtliche Leben in ſich haben. Außführl. Erklär. 473. Conf. Danh. Hodoſ p. 704 Beyeri Comp. Theol. de Regen. § 28. Paulus renatus ecquid de ſe, in epiſt. ad Rom. Cap. 7? *Delector lege DEI, quoad interiorem hominem; ſed video aliam legem, in membris meis, rebellantem lege men-*

*tis meæ, & captivum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis,* verſ. 22. 23. Paulus loquitur, non in aliena perſona; ſed de ſe, qvod innuit Pronomen *Ego! Ego!* & nunquam declinat, in aliam perſonam; Nec loquitur de ſe, ut olim erat, irregenito, ſed de ſe, ut renato. Hoc patet, partim ex notatione temporis. Nam non loquitur in præterito; ſed in præſenti. At cum hæc ſcriberet, non amplius erat filius iræ; ſed filius gratiæ, adeòq; renatus; partim ex proprietatibus renatorum, utpote 1.) Velle bonum, & nolle malum, verſ. 15, 19: 2.) Conſentire legi, & eâdem delectari, verſ. 16. 22: 3.) Non operari malum, vſ. 17, 20. 4.) Velle omne bonum; ſed perficerere non poſſe, verſ. 18: 5.) Captivari lege peccati, qvæ eſt in membris, v. 23: 6.) Agnoſcere depravationem, & petere libertatem, v. 25: 7.) Gratias agere, pro redemptione & juſtificatione, v. 25: 8). Spiritu ſervire Deo, v. 6. Vid. D. Balth. Meiſn. Anthrop. Dec. 1. Diſp. 8. de pecc. Orig. ven. Qvæſt. 1. pag. 222. ſeqq. D. Spen. Duplica auf Hn. Alberti Gegen-Antw. p. 38. ſeq. Heiddeg. Comm. in Ep. ad Rom. p. 55. Quodſi itaq; in Paulo, Viro longè ſanctiſſimo, aliquid fuit, cum quo ipſi perpetim pugnandum, & quod in ſervitutem erat redigendum, quis alios Sanctos, Paulò multùm inferiores, excipiet? Et nonne propria experientia, paſſiones intùs tumultuantes, ſatis ſuperq; firmat? nonne pruritus affectuum vitioſorum, & motus ad deſideria prava abundè teſtatur? Sed de hoc plura congerere pudet. Inter extinctiva zeli Præſulis eccl. pertinet

4.) *Au-*

4.) *Auri fames.* Quò intenſior eſt affectus ad corporalia, eò laxior & remiſſior eſt ad ſpiritualia. Omne ſiquidem bonæ rei ſementum ſuffocat immodicus fluxarum Opum amor, argentiq; cœca cupiditas. So bald ein Prediger darnach trachtet/ ita B. Luth. wie er reich werde/ ſo treibet er ſein Amt nicht mehr recht/denn ſein Hertz iſt gefangen in der Sorge der Nahrung / als in einem Stricke/ wie es *Paulus* nennet/daß er nicht kan lehren und ſtraffen / wie und wo er ſoll / beſorget / er möchte Gunſt und Freundſchafft verlieren / bey denen/ die er kan genieſſen. Läſſet ſich alſo verführen/ daß er ſchweige / und verführet andere Leute mit ihm/ nicht durch Ketzerey/ ſondern durch ſeinen eigenen Bauch / der ſein Abgott iſt. Tom. 4. Witteb. pag. 74. Et verò ita eſt. Qvi ipſe glebæ adhæret affixus, alios, ad ea, qvæ ſurſum ſunt, non attollet appetenda.

*Qvisqvis avaritiæ ſtudet, aut popularibus auris;*
*Cum fructu nunqvam, de pietate docet.*

Hâc de cauſa etiam Apoſtolus, reqviſita Epiſcopi commemorans: *Ne ſit,* inqvit, *turpiter lucri cupidus,* Tit. 1, i. e. ex Miniſterio, ne faciat pecuniæ aucupium, nec actiones officii, ad avaritiæ lucra dirigat, ita, ut iſtas, unde dextra gravis ære domum redire poſſit, ſectetur enixiùs, reliqvas verò, vel prorſus intermittat, vel in Collegas, vel in alios conjiciat. Utinam hoc monitum omnes, qvos DEUS miniſteriis ſpiritualibus præfecit, contemplarentur penitiùs! Aſt enim, qvot qvæſo (ô rem dolendam!) ubivis conſpicias locorum, opibus, qvi abundare malint, quàm operibus? Pleriq; definitum avari de ſe negant ac per-



Landesbibliothek Oldenburg

negant, omnes tamen definitionis numeros explent. Lac & lanam quærunt in Ovibus, non ſalutem, nec tàm de extirpandis vitiis, qvàm evacuandis marſupiis ſunt ſolliciti. Sie haben gerne/ (ſunt verba Dn. Rogers/ im gutherzigen Samariter) des Lehrers Lohn/ aber ſie ſorgen nicht für das Werck; *Opes* ſuchen ſie/ *opus* meiden ſie; Sie haben ein weit gröſſeres Verlangen nach den Gütern der Kirche/ als nach dem Gute oder Wolfahrt der Kirche. pag. 183. Scilicet: Tonſores ſunt potiùs, quàm Paſtores: Marſupium, cum Juda portare amant, non verò cum Operariis, æſtum diei; Pretia peccatorum percipiunt, ne verbulum tamen, contra graſſantia peccata, cum ſeveritate ac efficacitate, dicunt. In pulpito, ex Chriſti ore, divitias vocant ſpinas, illas tamen expetunt, ut roſas. Si verè crederent, quod ajunt, tantùm deberent horrere, abundare divitiis, quantùm timent pungi ſpinarum aculeis. Sed ſpe lucelli inducti *verbum Domini cauponantur. Propter pugillum hordei, Auditoribus blandiuntur, & conſuunt pulvillos, quibus peccatores ſvaviter indormiant*, Ezeh. 13, 19. Se potiùs quærunt, quàm Servatorem. Verbô: Sunt Meel-Sorger/ und nicht Seel-Sorger; Acker-*Studenten*/ und keine Kirchen-*Præſidenten*. At enim verò, quid magis ſacerdotalem functionem impedit, nomenq; Epiſcopi dedecorat, qvàm avaritia, ſaturari neſcia? O, nihil incorruptè gerit Myſta, cujus mentem lucri odor, peſtilenti ſuâ caligine, occupavit. Nam peſſimum veri affectus & judicii venenum, ſua cuiq; eſt uti-

utilitas. Non minùs piè, quàm verè, diffuſæ eruditionis Theologus, Gottfr. Arnold: Es iſt eben/ inqvit, ein gewiſſes Kenn-Zeichen des wahren Apoſtoliſchen Geiſtes von auſſen/ wenn ein Lehrer bey denen/ welchen er das Wort verkündiget/ nur die Nohtdurfft begehre: Alſo/ daß er nicht einmal ein heimlich Sehnen/ nach unnöhtigem Uberfluß in ſich auffkommen laſſe/ vielweniger in der That ſuche/ um Gewinſtes willen/ an den Leuten/ unter gutem und heiligem Schein/ zu handthieren. Wie alſo der Apoſtel getroſt von ſich bezeugen konte/ er habe keine Schmeichel-Reden gebrauchet/ noch dem Geitz geſtellet; oder aus Begierde mehr zu haben/ etwas vorgewendet/ deſſen GOtt Zeuge ſey/ *1. Theſſ. 2, 5.* da der Außdruck im Griechiſchen ſonderlich *notabel* iſt: Ἐν προφάσει πλεονεξίας, in dem Vorwand oder Schein der Begierde mehr zu haben/ wenn man allerhand Behelffe und Schein-Urſachen/ aus der Schrifft und ſonſt anführet/ ſeinen Geitz zu beſchönen/ welches viele meiſterlich können: Wiewol auch manche gut-meynende Lehrer von liſtigen und eigenliebigen Perſonen/ ſonderlich Weibern/ in Vertraulichkeit gezogen werden/ blos um der äuſſerlichen Nohtdurfft willen/ weil ihnen die Wolthaten und Handreichungen wolthun und gefallen. Dabey denn groſſe Gefahr der Seelen entſtehet/ indem offt für leibliche Dinge das Recht der erſten Gebuhrt verkauffet wird. Vid. die geiſtl. Geſtalt eines Evangel. Lehrers/ 305. Nemo itaq; probus Scriba evangelicus, quin idem pecuniæ contemptor. Aſt annitendum, (ſic Filii terræ, qui πλεονεξίᾳ æſtuantes, augendis opibus anhelant) ut pignora noſtra poſt obitum habeant, de qvo vivant. Sed quàm nervosè S. Baſilius, ad hanc objectionem: *Ne filios tuos*, inquit, *avaritiæ cauſam facias, eis theſaurum ſempiternum theſaurizando. Theſaurus namq; pecuniæ pietas eſt,*

*relin-*

*relinqve bonam filiis memoriam potiùs, qvàm divitias multas.* Serm. de ira & invidia. Cogitatis, quàm benè veſtri, poſt obitum veſtrum, vivant, & non cogitatis, quàm malè ipſi moriamini. Opibus ac Talentis veſtris, aliis præparatis beatitudinem, vobis afflictionem; aliis riſum, vobis lachrymas; aliis gaudia brevia, vobis ſupplicia æterna. Audiatur Apoſtolus: *Qvi volunt diteſcere,* (en, hoc formale avaritiæ!) *incidunt in tentationem, & laqveum, & cupiditates multas, & amentes, & damnoſas, qvæ demergunt homines in exitium & interitum.* (Ah! quomodò hîc ceciderunt robuſti?) *Radix enim omnium malorum eſt amor pecuniæ; (Tolle avaritiam,* ſunt verba D. Joh. Bonæ, *& non eſt diſcordia: deſinat avaritia, & ceſſat ambitio. Hæc terram latronibus complet, mare pyratis, urbes tumultibus, domos inſidiis, forum injuſtitiâ, Qvædam nimirum ſocietas, penè etiam nominis, eſt vitiis & divitiis.* Vid. Manud. ad Cœl. Cap. 6) *qvam qvidam, dum appetunt, aberrarunt à fide,* (uti Demas) *& ſe ipſos transfixerunt doloribus multis,* (creſcentem enim ſequitur cura pecuniam) 1. Tim. 6, 9. 10. 11. Cane igitur & angve pejus, ſtudia lucri vitet Miniſter Eccleſiæ, ne ſoporis tepore oppreſſus, ea, quæ DEI ſunt, operetur langvidiſſimè. Montes, è quibus aurum & argentum effodiuntur, præ cœteris ſunt infrugiferi. Similiter & Paſtoris animus, quem auri & argenti anxia ſollicitudo ſemel invaſit, pietatis inops eſt maximè. Cum Chriſto egere, quàm ſub Mammone ſagi-

nari

Landesbibliothek Oldenburg

nari præſtat. Quapropter danda eſt opera, ut cum Joſeph pallium, cum Petro rete, cum Johanne ſindonem, cum Matthæo telonium, & cum viro evangelico, ſepulturam Patris relinquamus. Miniſter in foro, & Mercator in templo, uterq; Chriſto eſt flagellandus. Sit noſtrum lucrum, aſſiduô labore, animas Deo lucrari, & quod Philippus Melancht. teſte Chytræo, optaſſe aliquando fertur, ſcilicet: *In operibus ſit abundantia mea, divitiis per me, licet abundet, qvisqvis voluerit*, In Viat. itineris extr. p. 380; Idem & nos optemus, atq; ſic *labor noſter, non erit inanis, in Domino*, I. Cor. 15, 28. Inter ſuffocativa Zeli Antiſtitis eccl. refertur etiam

5.) *Ulterioris promotionis horexis, & flagrans deſiderium, ad majora faſtigia ſurgendi.* Paulus equidem, cui cœli crepuſcula videre datum eſt: *Ego*, inquit, *didici, in qvibus ſum, in ipſis contentus eſſe*, Phil. 4, 11. Aſt quotusquiſq; hodiè, inter Dominici gregis Paſtores datur, ſuâ qui acquieſcat honoris ſorte, & non potiùs avidâ, ad dignitatis ſublimitatisq; culmen, properet cupiditate? *Etiam in ſinu Sacerdotum* (ita non ſine piâ quâdam indignatione dolens exclamat Cyprianus) *ambitio dormit, ibi ſub umbrâ recubat, in ſecreto thalami, ſe fraudulenter occultat.* Vid. de Jejun. & Tent. Chr. n. 18. Suffraganeus in clero pontificio vult eſſe Chor-Epiſcopus; Chor-Epiſcopus Epiſcopus; Epiſcopus Archi-Epiſcopus; Archi-Epiſcopus Patriarcha; Patriarcha Cardinalis, & hic voti compos, ſpe-



Landesbibliothek Oldenburg

rare nondum deſinit, aviditate adhuc ultrà ſe porrigente, & Tantali inſtar, ſitim nunquam deponente. Omni namq; niſu, & periculoſis quandoq; auſis, faſtigium appetit papale; atq; hanc eminentiam indeptus, nondum ait: *Sufficit!* ſed uti Paulus, dictante Spiritu, enunciat, *ſuper omne id, quod dicitur DEUS aut Numen, ſeſe effert,* 2. Theſſ. 2. O ſuperba mortalitas! O ingenium humanum, vel ipsô ſepulchrô voracius! Uſq; adeò nihil concupiſcentiis hominum deceptricibus reſpondet! Sed quid ſtringo Pontificios? Et inter Eccleſiæ Lutheranæ Proceres, proh dolor! tales exiſtunt, qui nunquam non in altum nituntur, & diu noctuq; tituloſas architectantur amplitudines, quàm callidiſſimè; Primos amant accubitus in cœnis, & primos conſeſſus in conventibus; volunt de ſe credi iſtud, quod ſint *Fac totum*; Affabilitatem exhibent (Paulus vocat εὐπροσωποιίαν Gal. 6, 12. Lutherus: Die ſich wollen angenehm machen. Latini: Gratiarum aucupium) ſubſeqvuntur, obſeqvuntur, popyſmis utuntur, mediatoribus blandiuntur, viſitant optimates, aſſurgunt, (ô falſæ virtutes!) amplexantur, adulantur. Interdum, uſitatô ambitu, ſi nihil proficiunt, ad infima quæq; ſeſe projiciunt, in ſpem aſſurgendi, uti de *Othone* Tacitus: *Nec deerat,* inquit, *Otho, protendens manus, adorare vulgum, jacere oſcula, & omnia ſerviliter pro dominatione.* p. m. 464. Nonnunquam tenuitatem ac paupertatem ſuam (quæ aſtuta eſt ſuperbia) prædicant, ſuæ ut velificentur libidini.

Landesbibliothek Oldenburg

dini. Et ſic hi omnes ad τὸ *Velle videri*, pari cupiditate, diverſò contendunt itinere. Aſt enim, cum execrabilis ac deteſtabilis ubiq; ſit elatio animi, & ſuperba arrogantia, execrabilior tamen & deteſtabilior eſt in Profeſſore humilitatis. Refert Hammondus, in depicta quadam tabula, ad nomen *PAPA*, hoc ſe vidiſſe acroſticum: *P Paſtorum*, *A Ambitio*, *P Peperit*, *A Anti-chriſtum*. Vid. epiſtolam liminarem in Tract. de Anti-chr. Quid ſodes verius? *Initium* enim *omnis peccati eſt ſuperbia*, Eccl. 10. Quod ærugo in ferro, tinea in veſte, fel in lacte, venenum in melle, & caries in ligno, hoc ſuperbia eſt, in Præſule eccleſiaſtico. *Omnis ſuperbus Theologus eſt Hæreticus*, ita B. Luth. in Colloqv. *ſi non de facto, tamen de jure*. Aſſentatorem agit erga illum, à quo promotionem expectat, cuncta dicta & facta, ad ejus nutum, à quo pendet totus, referens. Cavet omni modò, ne, quod diſpliceat, dicat, parva in majus extollit, & culpanda, commodâ interpretatione, extenuat & mollit Bileamo haut abſimilis, qui Balaaki promiſſionibus allectus, populum Iſraëliticum, niſi inhibuiſſet eum DEUS, exilio devoverat: *Valdè cumulabo te honore, & qvicqvid dixeris, efficiam*, Num. 22, 17. Quotiescunque talem turgidum & elatum, in ſuggeſtu intueor Paſtorem, toties illud Soſpitatoris ſuccurrit: *Cum videretis abominationem deſolationis, in loco ſancto*, Matt. 24, 15. Sed væ tunc prægnantibus & nutrientibus! *Illi namq;*, (dicam cum Petro Bleſenſi) *qvi Spiritum*



Landesbibliothek Oldenburg

*ſalutis conceperant, exemplo talium ſuffocantur : Qvi verò vitæ cœleſtis alimenta petunt, nullô verbi divini pabulô ſuſtentantur.* Vid. ejus Epiſt. 33. Valeat itaq; & iterùm valeat, hæc immoderata propriæ excellentiæ affectatio!

*Diſce ſupercilium deponere, diſce cavere,*
*Ante pedes foveam, qvisqvis ſublime minaris.*

*Qvomodò vos poteſtis credere, qvi gloriam ab invicem accipitis?* ita Salvator Joh. 5, 49. Pariformiter ego: Quomodò vos pro DEO poteſtis zelare, qui exſatiatæ fortunæ modum, non ponitis; ſed ſemper præſentia faſtidientes, ad inſtar vermiculorum, in ſolem inſurgentium, ultrà aſcendere conamini? Chriſtus quondam: *Zelus domus DEI exedit me*, Joh. 2, 17; Sed vos ita: *Dulcedo gloriæ & appetentia dignitatum nos penitùs devoravit.* Chriſtus quondam: *Ego non qværo gloriam meam*, Joh. 7, 5; ſed vos ita: *Nos qværimus, inſtanti labore, gloriam noſtram; Semper in futurum laboramus.* Tanta eſt differentia inter multos Prædicatores, & eum, qui ad curandum ſuperbiæ tumorem, humilis venerat in mundum! Aſt quid Petrus, apoſtolicæ Dodecadis culmen? *DEus,* inquit, *ſuperbis reſiſtit,* (ſingulare velut certamen, contra animi faſtum ſuſcipit, tanquam injuriæ ſuæ propulſator, ) *humilibus autem dat gratiam,* 1. Ep. 5, 5. O, credite mihi, multis honoris aſſumptio, facta eſt tentatio, ſubverſionisq; occaſio: momentanea dominatio, ſempiterna erit condemnatio. Deſinam in verba Syra-

Landesbibliothek Oldenburg

Syracidis: Liebes Kind / bleib gern im niedrigen Stande / (*Feriunt ſummos fulmina montes: Et celſæ graviore caſu, decidunt turres,* Hor. Lubrica, in ſummo, eſt ſtatio, pendula omnia, & præcipitio proxima) das iſt beſſer denn alles / da die Welt nachtrachtet. (Minor licentia in magnis eſt. Nullum etiam timet, qvem nemo timet.) Sed Deus, ais, me ad honoratiorem Spartam vocat. Reſp. Seqvere. Sed nota, qvomodò pergat Vir nominatus: Je höher du biſt / (ſc. à Deo conſtitutus) je mehr dich demühtige / (ad modum ariſtarum, qvæ, qvò pleniores, eò ad terram depreſſiores.) Qvid autem tunc fiet? So wird dir der HErr hold ſeyn / Cap. 3, 18. 19. Excelſus eſt DEUS; ſed humilia reſpicit. Qvantò igitur tu tibi vilior, tantò tu Numini charior ac pretioſior. Neſcivit Phariſæus humiliari, & ideò dejectus eſt. Scitè Gregor. Magnus: *Qviſqvis nunc ſpontè ſe non humiliat, neqvaqvam hunc ſeqvens gloria exaltat.* Lib. 8. mor. Comprime itaq; omnes ſuperbas tuæ excellentiæ cogitationes, ac velut ſub vinculis easdem habe. Vita arrogantiam, h.e. omnium vitiorum matrem, ſcelerum fontem, venam neqvitiæ. Angelus in cœlo ad tartara corruit, tu in mundo, ad cœlum aſcende. Verbò! Si vis capere celſitudinem DEI, cape priùs humilitatem Chriſti. Inter ea, qvæ Zelum Miniſtri eccl. extingvunt, porrò qvoq; eſt

6.) *Frigida Societas.* Tædam accenſam, ſi in nivem immiſeris, illicò extingves; Et pariter ſanctum

 amit-

amittes fervorem, ſi frigidorum pernicioſis conta-
ctibus adhærere perrexeris. *Corrumpunt bonos mores colloqvia prava*, 1. Cor. 15, 33. Sap. 4, 12. Böſe Geſellſchafft/ ita ſignificantisſimè plur. rev. Dn. *Watſon*, iſt wie das Kühl-Waſſer der Schmiede/ worinn das Eiſen geleſchet wird; ſie leſchet die guten *Affect*en und Zuneigungen aus/ wann ſie ſchon noch ſo heiß ſind. Die Gottloſen haben die Plage ihres Hertzens/ *1. Reg. 8, 38*, und ihr Athem ſtecket an. Sie werden uns/ in Außwürcken unſerer Seeligkeit den Muht benehmen. Es gehet hiemit/ wie mit Freyerey. Ein Freyer iſt ernſthafft und keck in ſeinem freyen/ es komt aber leicht einer/ der ſpricht/ diejenige/ ſo er freye/ habe einen böſen Namen/ und viele Mängel an ſich. Der Freyer diß hörend/ wird alſobald erſchrecket/ die Freyerey hat ein Ende/ und die Heyraht gehet zurück. So gehet es mit manchem Menſchen/ der nun ein Freyer beginnet zu werden im GOttes-Dienſt/ er ſehe gern/ daß die Heyraht richtig würde/ er iſt ſehr eifferig im freyen/ und läßt ihm die Heuraht ſehr angelegen ſeyn/ er greifft an das Werck ſeiner Seeligkeit; Aber dann kommen etliche von ſeinen Mit-Brüdern/ die ihm viel vom Gottes-Dienſt wiſſen zu ſchwätzen/ daß er einen böſen Namen habe: Von dieſer *Secte* iſt uns kund/ daß ihr wird an allen Enden widerſprochen/ *Act. 28, 22.* Er müſſe ſo *præcis* leben/ ſeine Sünden ſo beweinen/ ſein Fleiſch ſo creutzigen/ daß er keine gute Tage dörffte erwarten und hoffen; ſo entfällt ihm dann der Muht/ und er verläßt die erſte Liebe/ *Apoc. 2, 4.* Tandem verbis, non parùm, in rem præſentem facientibus, concludit: Hütet euch für ſolchen/ ſie ſind Teuffel/ mit Fleiſch bekleidet; Sie ſind/ wie jener recht und wol ſpricht/ nicht ungleich dem *Herode*, der Chriſtum tödten wolte/ ſo bald er gebohren war; So werden dieſe Chriſtum geiſtlicher weiſe tödten/ wann er in ihrem Hertzen beginnet eine Geſtalt zu gewinnen. Geiſtr. Schrifften/ pag. 458. Qvàm fervidus in

cœna-

Landesbibliothek Oldenburg

cœnaculo Meſſiæ erat Petrus; ſed qvàm tepidus in aula Caiphæ? Scilicet, cum bonis qvi degit, vel imitationem honeſtorum edocetur, vel diminutionem vitiorum condiſcit. *Qvi cum ſancto viro adhæret*, ait Hieron. *ex ejus aſſiduitate, & uſu locutionis, exemplum operis boni accipit, ut accendatur in amorem charitatis. At verò, qvi cum improbis ſemper verſatur, eum vel pati, vel diſcere malum aliqvid, neceſſe eſt.* Sic Aula Pharaonis inficiebat Joſephum, ut juraret Ægyptiacè, & Babylonia Judæos, ut loqverentur Chaldaicè. Videlicet: *Qvi picem tetigerit, ab ea inqvinabitur.* Dum ſpectant læſos oculi, læduntur & ipſi. Si juxta claudum habites, ſubclaudicare diſces. De Leviathan Hiob: *Halitus ejus prunas ardere facit, & flamma, de ore ejus egreditur*, Cap. 41, 12. Similes profectò malignos flatus emittit impius, & ideò nil miri, ſi, qvando ipſis adhæres, tuum cor, in malô, imflammetur & accendatur. Proſtat hinc mandatum, 1.) *de vitando. Hæreticum hominem, poſt unam atq; alteram correptionem, vita*, Tit. 3, 10; h. e. miſſum eum fac, ab ejus converſatione familiari abſtine. 2.) *de non comedendo cum ipſis. Si qvis, cum Frater nominetur, ſit ſcortator, aut avarus, aut idololatra, aut convitiator, aut ebrioſus, aut rapax, cum talibus ne edatis qvidem*, 1. Cor. 5, 11. Loqvitur Apoſtolus non de conſortiis malorum coactis ac indeclinabilibus, ut, qvando in uno carcere, thalamo, navi, domo, urbe, regione, pii cum impiis eſſe coguntur, qvemadmodum, v. gr.

Loth

Loth in Sodom, Iſraëlitæ in Ægypto, Abigail in domo Nabalis; ſed ſpontè, citra neceſſitatem, ſuſceptis. Qvando itaq; nulla adeſt neceſſitas, nec ſpes lucrandi infidelem, tunc ii, qvi ſalvari volunt, ab illis ſeparare ſe debent, qvi non ſalvari geſtiunt. 3.) *de non ſalutando. Si qvis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis: Qvi enim dicit ei ave, communicat operibus ejus malignis,* 2. Ep. Joh. vſ. 10. Loqvitur Johannes de doctrina Chriſti, qvæ verum DEI cultum, non in frigidis ceremoniis; ſed ſpiritu & veritate conſiſtentem, urget, & de qva ipſe Servator: *Doctrina mea, non eſt mea,* (tantùm,) *ſed ejus, qvi miſit me,* Joh. 7. Hanc doctrinam qvi non profitetur; ſed contrariam; & cum eâdem belligerantem, non recipiendus eſt in domum, nec ave illi dicendum. Qvô ipſô omne commercium, qvôcunq; humanitatis & charitatis prætextu velatum, interdicitur ſeveriſſimè. Nam utut Chriſtus, noſtros hoſtes diligere, iteratis vicibus juſſerit; ſuos tamen hoſtes nuſpiam diligere præcepit. Sunt autem Chriſti hoſtes, qvi falſis doctrinis in Eccleſia graſſantur, & animabus, ſuô ſangvine redemptis, ſtruunt exitium. Hos itaq; omni modô vitare fas eſt, ne vel ab iis decipiamur, vel cum ipſis perfidè colludere videamur. *Remedium eſt,* ita Caſſ. *qvem converti velle non videris, vitare, ſi poſſis.* Sæpè enim, qvod voluntas non potuit, aſſiduitas ſuperavit. Sed pium Sacerdotis fervorem extingvit etiam

7.) *Vili-*

7.) *Vilipendium Chriſti, ac rationabilis, bonorum à Chriſto partorum, æſtimii, defectus.* Ubi æſtimium, ibi amor, ubi amor, ibi zelus. *Plus laboravi,* ait Paulus, ſanctâ ſe jactans inſolentiâ, *qvàm cæteri omnes,* 2. Cor. 4, 14. Unde illud? *Amor Chriſti,* reſpondet, *me impulit,* ibid. Sed unde amor? Ex æſtimio. *Omnia damnum eſſe duco, propter eminentiam cognitionis JEſu, Domini mei, propter qvem omnibus iſtis, me ipſum multavi, eaq; duco pro ſtercore,* (Ah! Ah! qvàm hodiè iſtud diligitur ſtercus!) *ut Chriſtum lucri faciam,* Phil. 3. 7. 8. Qvapropter ubi æſtimium rei, ibi zelus. Econtrariò autem, ubi parvi qvid ducitur, id qvoq; minùs ardenter expetitur. *Charum* etenim, ut cum Catone dicam, *non eſt, qvod opus non eſt.* Veris itaq; pretiis, Chriſtum, & ejus bona, fac æſtimes. Abſit mens Judaica, neqviter in has erumpens voces: *Dimittatur Barrabas, & crucifigatur JEſus:* ad qvod *Anshelmus* non invenuſtè: *O iniqvum judicium! Bonus deſpicitur, & malus præponitur: Juſtus punitur, & peccator liberatur: Agnus occiditur, & lupus acceptatur: Vita deſeritur, & mors reſervatur.* Deliciemur ac inebriemur infinitâ excellentiâ, & incomparabili ſupereminentiâ, Domini noſtri JESU CHRISTI, cum Bernh. cantantes:

*JESU dulcis memoria,*
*Dans vera cordis gaudia,*
*Sed ſuper mel & omnia,*
*Ejus dulcis præſentia.*

§.
*Nil canitur ſuavius,*
*Auditur nil jucundius,*
*Nil cogitatur dulcius,*
*Qvàm JESUS, DEI Filius.*

§.
*JESU, dulcedo cordium,*
*Fons vivax, lumen mentium,*
*Excedens omne gaudium,*
*Et omne deſiderium.*

Cuncta Cyphri ſunt, qvi non valent, niſi Ipſe præfigatur. Ipſe *Alpha* eſt & *Omega, Principium* & *Finis*· qvi erat, & qvi eſt, & qvi futurus eſt. *Per ipſum, & ante ipſum, omnia ſunt condita, eſtq; ipſe ante omnia, & omnia, per ipſum conſiſtunt*, Col. 1, 16. 17. Et qvas non felicitates, ſua nobis peperit infelicitas? Spinis compunctus eſt, ut cordis noſtri compunctiones ſanaret: Damnatus eſt in terris, ut nos abſolveremur in cœlis: Sitivit in cruce, ut rorem divinæ gratiæ nobis promereretur: Dolores inferni ſenſit, ut nunquam illos ſentiremus: Audivit ignominias, ut in cœlis audiremus jubilationes angelicas. Et qvis omnia enarrabit bona, qvæ hic geminæ ſubſtantiæ Gigas, nobis, ſuô acqviſivit ſangvine, & ad qvæ nos per verbum ſuum vocavit? Ingemiſcamus ſubinde, cum Apoſtolo, *ut DEus Domini noſtri JEſu Chriſti, Pater ille gloriæ, det nobis Spiritum ſapientiæ & revelationis, per agnitionem ipſius: Illuminatis oculis mentis veſtræ, ut ſciatis, qvæ ſit ſpes illa vocationis ipſius, & qvæ opes* glo-

Landesbibliothek Oldenburg

*gloriæ hæreditatis ipſius in ſanctis*, Eph. 1, 17. 18. Tantum Chriſtum diliges, qvantum ipſum intelliges. Cave, ne unqvam pretioſiſſimis, ineptô judiciô, præferas viliora, & *mundum*, vallem lachrymarum, ac domum miſeriarum, tanti æſtimes, qvàm *cœlum*, perfectionem gaudiorum, hæreditatem juſtorum & compenſationem fidelium. Das meiſte muß am meiſten wägen. Eleganter Aug: *Bona vitæ æternæ* (& hæc CHriſtus nobis eſt promeritus) *tam multa ſunt, ut numerum, tam magna, ut menſuram, tam pretioſa, ut æſtimationem omnem excedant.* Qvis itaq; pro his non arderet? qvis non, ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει, certaret? Sancto Præſulis eccl. fervori adverſatur etiam

8.) *Superfluitas curarum, & ſollicitudinum multitudo.* Charitas diſperſa torpeſcit, & anima, qvæ occupationum labyrinthis eſt intricata, neceſſariò debet ancillari. Nota ſunt axiomata: *Nusqvam eſt, qvi ubiq; eſt: Omne diviſibile, corruptibile: Pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus.*

*Qvi binos lepores, unâ ſectabitur horâ,*
*Unô qvandoqve, qvandoqve carebit utrôqve.*

Qvantum itaq; Zeli, ad terrenos actus & moleſtias confertur ſeculares, tantum animarum lucris, & divinis ac ſpiritualibus negotiis decerpitur. Qvi totus in regno mundi, qvomodò is, & ſe & ſibi commiſſos, perducet ad regnum cœli? Curis ſecularibus intentus, tantò inſenſibilior intùs efficitur, qvantò ad ea, qvæ foris ſunt, ſtudioſior videtur. Id fixiùs per-



Landesbibliothek Oldenburg

pendens Cyprianus, noluit permittere, ut qvis ex Clericorum conſortio, Tutor vel Curator conſtitueretur. *Graviter*, inqvit, *commoti ſumus, ego & Collegæ mei, qvi præſentes aderant, & Compresbyteri noſtri, qvi nobis aſſidebant, Fratres chariſſimi, cum cognoviſſemus, qvod Geminius Victor, Frater noſter, de ſeculo excedens, Geminium Fauſtinum Presbyterum, Tutorem, teſtamentô ſuô nominaverit, cum jampridem, in Concilio Epiſcoporum ſtatutum ſit, ne qvis de Clericis & DEI Miniſtris, Tutorem vel Curatorem teſtamentô ſuô conſtituat: qvando ſinguli, divinô Sacerdotiô honorati, & clericô miniſteriô conſtituti, non niſi Altari & Sacrificiis deſervire, & precibus atq; orationibus vacare debeant.* Epiſt. 66. p. 195. Qvibus & illud Eccleſiaſtici addendum: *Docere qvi geſtit, ab aliis laboribus vacare debet*, Cap. 38, 25. In qvæ verba Mattheſius: Diß gilt den Schulmeiſtern und Predigern. Es iſt kein Amt ſo klein/ es gibt einem zu ſchaffen genug/ wenn mans recht außrichten will. Es lehret ſich übel/ wenn der Schulmeiſter ein *Procurator* iſt/ ſchencket Bier und Wein/ und lieget alle Tage im Gegenbuch. Alſo es pfarmert und *diaconi*rt ſich übel/ wenn man ſtört/ und iſt ein Artzt mit/ oder ſtellet den Bauren *Supplicationes. Unusqvisq; igitur, in ea maneat vocatione, in qvâ eſt vocatus*, 1. Cor. 7, 20. Tractet Miniſter Eccleſiæ, τὰ ἴδια, nec cœlum in terram, aurum in ſcoriam, & Spiritum in carnem transmutet. Die Kirche iſt dein Haupt-Werck/ ita nervosè Dn. *Roger*, und der Predigt-Stul/ dein rechter Ort. Der Tempel ſol der Mittelpunct deines gantzen Umkreyſes ſeyn. Vid. ej. wild. Weinb. in Palæſtina, p. 83.

Sagit-

Sagittarii, & Fabri lignarii, oculorum alterum ſolent claudere, ut altero, in qvem tota videndi vis adunatur, eò certiùs telum dirigant, & rectas vel parallelas lineas aſſeqvantur exactiùs. Idem Antiſtitibus Eccleſiæ faciendum. Temporalia relinqvere, & à negotiis hujus vitæ procul abeſſe debent, ut enixiori flagrantioriq; ſtudiô, ſpiritualibus poſſint incumbere. B. *Perkinſius*, in cujus exeqviis, rever. *Montacutius*, funebrem cum haberet concionem, in hæc erupit verba: *Hìc jacet ille, qvi Anglos docuit DEum colere*, omnium ſuorum librorum frontiſpicio, ſeqvens præfigere ſolitus fuit apophtegma: *Hoc age!* Utinam illud nobis, qvi in eccleſiaſtico conſtituti ſumus officio, ſæpiùs occurreret. *Nemo militans*, ſic vir θεόπνευστος, *implicatur ſecularibus negociis*, 2. Tim. 2, 4. Ecce! ſi iis, qvi ſacramento militari tenentur, non licet alia negocia, ſeu vitæ inſtituta ſuſcipere, multò minùs hi, qvi miniſteriis ſacris vacant, operationibusq; divinis inſiſtunt, curis ſecularibus, ſeſe immiſcere debent. Divide ignem, & nonne flamma erit remiſſior? *Si vix valet peccata animus devitare qvietus, qvantò minùs occupatione ſeculari devinctus?* Iſid. Hiſp. Lib. 3. Sent. p. 684. Ais: *Familiæ tamen proſpiciendum!* 1. Tim. 3, 5. Reſp. Remiſsè, ne extra orbitas miniſterii rapiâre. Cura namq; Familiæ non debet abſorbere curam Eccleſiæ, ut Draconem Moſis, Dracones Pharaonis. Addis: *Paulus exercuit artem Scenopagiæ*, Act. 18, 3. Reſp. In caſu neceſſitatis, id factum. Inſtas: *Levitica*



Landesbibliothek Oldenburg

*tribus, à civili rerum adminiſtratione non erat exemta.* Reſp. *In N. T. laborioſior* (ut B. Danh. loqvi amat) *eſt occupatio. Facilè eſt, mactare victimas; at verbum DEI* ὀρθοτομεῖν, *arduum, & totius viri, omniumq; virium opus eſt.* Theol. Conſc. Tom. 1. pag. 1029. Plura huc facientia, videri poſſunt, in Diſſert. D. Mareſii, de Clericor. Jurisd. tempor. adverſus Dn. Prideaux. De qvæſtione: *Num Miniſter Eccleſiæ, ordinariô officiô fungens, res medicas etiam tractare qveat?* conſulendus eſt Dn. Spener. in conſiliis ſuis theol. Part. 1. pag. 754. ut & Dn. Georg. Weisſius, in Delin. Apoſtolica allotrio-epiſcopi, pag. 46 Ζήτημα verò: *Num Miniſter Eccleſiæ etiam Calendaria, in ſuo poſſit conficere officio?* his verbis abſolvit D. Mich. Waltherus: *Si* 1.) *ne horulam qvidem ſurripiat ſubtrahatq; ordinariis ſuis expeditionibus & ſtudiis, qvibus muneri ter ſancto eſt obſtrictus.* 2.) *Si artis phyſicæ & aſtronomiæ fundamentaliter ſit peritus.* 3.) *Si tale qvid non tentet, turpis lucri gratia.* 4.) *Si de bellicis negociis, tanqvam in ancipiti poſitis, planè ſileat.* 5.) *Si à mentiendo & prædicendo res, qvæ ſimpliciter, à voluntate & arbitrio hominum pendent, abſtineat. Verbô, ſi magis Aſtronomum, qvàm Aſtrologum agat.* Cent. Miſcell. Theol. p. 367. Qvantumcunq; itaq; fieri poteſt, à turbatione rerum ſecularium ſabbathicare debet Epiſcopus. In occupationum turba, mors animæ eſt; & Agrum imbecilliorem eſſe oportet, qvàm Agricolam; nec Matri plus Filiorum, qvàm Lactis. Similiter nec Theologo, plus negotiorum, qvàm virium. Laudato ingentia

rura,

rura, exiguum colito. Notatu digna ſunt, qvæ hanc in rem B. Großgeb. habet: Es iſt hierunter gewißlich (ita bis egregiè ipſe) ein geſchwinder Griff unſers geiſtlichen Feindes/ daß er durch GOttes Zorn die Sachen in der Welt alſo lencket und ſtellet/ daß er den Dienern GOttes über ihrem Kirchen-Dienſt/ welcher doch an ihm ſelbſt gantz beſchwerlich/ noch andere Bedingungen auffbürden läſſet/ damit die beſte Zeit/ Mühe/ Sorge und Gebühr/ der Heerde Chriſti/ die recht zu weyden/ entzogen/ und auf andere geringſchätzigere Dinge geleget werde. Darum hat GOtt mancherley Aemter/ Gaben und Kräffte außgetheilet/ einem jeglichen ſein Theil. Sie ſind nicht alle Apoſtel/ nicht alle Evangeliſten/ nicht alle Hirten/ nicht alle Lehrer/ *1. Col. 12, 29. 30*; ſondern GOtt hat den Leib ſeiner Kirchen vermenget/ daß es einem Gliede nicht zu ſchwer werde/ mehr zu beſtellen/ als es vermag/ und alſo der gantze Leib drüber Schaden leide. Das Auge ſiehet aus allen ſeinen Kräfften/ und das Ohr höret aus allen Kräfften/ das koṁt dem gantzen Leibe zu gute/ wo aber das Auge noch mehr thun ſolte/ und das Ohr ſolte noch mehr thun/ ſo würde es thun über ſeine Kräffte/ und drunter vergehen/ und doch nicht mehr außrichten. Alles was deine Hand findet zu thun/ das thue mit aller deiner Macht/ *Eccl. 9, 10.* Wer die Schaaffe Chriſti weyden ſoll/ muß keiner andern Arbeit warten. &c. Wächter-St. p. 30. ſeq. Libratiùs hæc perpendat Eccleſiaſtes, nec plus ſibi imponat ipſe, nec ab aliis imponi patiatur, qvàm cui ferendo par eſt. Currus Ezechielis, ſuis alioqvi non poteſt ingredi rotis. Non multa, ſed multùm. *Vim ſibi negociorum accerſit,* ita Negocioſum deſcribit Ludov. Molin. *qvorum multitudine oppreſſus & impeditus, ne unum qvidem, totâ vitâ, expedit, nec qvicqvam promovet, utcunq; ſe multùm moveat.* Vid. Morum exemplar

plar, p.34. Suffocat qvoq; cœli ignem, in Doctore Eccleſiæ

9.) *Non-apparentia fructuum.* Intepeſcit Virtutis alacritas, & nauſea actuum ſubſeqvitur ſpiritualium, ſi labores minùs feliciter ſuccedant, & vel nullus, vel exiguus, in Auditoribus appareat proventus. At enim verò, primò penſitandum, nos Prædicatores eſſe gratiæ, non verò datores. Is ſolus eſt Concionator flexanimus, cujus cathedra eſt in cœlo. Appoſitè Bernh: *Nullus Doctor eſt dator boni, quod docuerit.* Rebecca mag das Wildpret kochen/aber Iſaac muß es ſegnen. Wenn Rahel unfruchtbar iſt/ ſo iſt Jacob nicht GOtt/ihr ihres Leibes Früchte zu geben. Rogers guth. Samar. 205. DEUS curam, non curationem noſtram exſpectat: Neq; dicit: *Sana illum*; ſed *cura illum.* Satis eſt, ſi nos *Babelem* (illos, qvi in pravitate ſuâ computreſcunt, & qvandam qvaſi artem peccandi exercent) ſanare voluerimus, qvantumvis Babel ſanari noluerit. DEUS non ſucceſſum reſpicit, ſed conatum; nec mercedem ſumus accepturi ſecundùm fructum operis, ſed ſecundùm fidelitatem operis. Ut *neq; Tonſor,* ajente Chryſoſt. *de pretio qvid amittit, ſive Æthiopem abluat, ſive venuſtiorem: æq; ſolvitur, pro utroqve.* Hom. 1. de Laz. Apoſtolus *Paulus* non dicit: *Plus profui omnibus,* plures regenui, plures converti, plures ex regno Satanæ, in regnum Filii DEI tranſtuli, qvàm cœteri Apoſtoli; ſed hôc pactô, verba ſua profert: *Plus laboravi omnibus*, atq; ſic innuit, Præſulum eccleſiaſticorum

rum

Landesbibliothek Oldenburg

rum officium eſſe, ſtrenuè laborare, & eventum Deo atq; ejus providentiæ, in ſolidum committere. His animus ſuſtentandus, ſi qvando, vel ob nullitatem, vel parvitatem ſucceſſus, anxiâ inqvietudine torqvetur. Secundò. Non primi ſumus, qvi fruſtrà concionentur. *Noah* (heu! qvantus Præco juſtitiæ!) tametſi per centum & viginti annorum ſpatium, fervidè ſermonem Domini prædicaverit, & ad vitæ emendationem homines invitaverit, omnibus tamen ſuis monitionibus & territionibus, ne unicum qvidem eò perduxit, ut, viâ peccatorum relictâ, ad Deum ſeriò ſe converterit. De *Eſaia* manifeſtum: *Ego fruſtrà laboro, inaniter & vanè vires meas conſumo*, Cap. 44, 4; & iterùm: *Qvis credit auditui noſtro?* Cap. 53, 1. *Jeremias*, ſuam functionem, ob Auditorum malitiam atq; proterviam, penitùs volebat deſerere, Cap. 20. *Ezechiel* in has erupit voces: *Qvi auditurus eſt, audiat, & qvi deſtiturus, deſiſtat: nam domus rebellis ſunt*, Cap. 3, 12. Et qvomodò *Chriſtus*, in diebus carnis ſuæ fuit conqueſtus? *Tibiâ*, inquit, *cecinimus vobis, & non ſaltaſtis; lamentati ſumus, & non planxiſtis*, Matth. XI, 17; i. e. nec blandiori ſermone deliniri, nec aſperiori commoveri potuiſtis. *O natio incredula!* Matth. 17, 17. *Noluiſtis congregari*, Matth. 23, 37. Unde & Johannes ait, *ad ſua veniſſe Chriſtum; ſed non receptum fuiſſe*, Cap. 1. Quodſi itaq; tot tantiq; ſummi Dei Præcones, quin & ipſe Chriſtus θεάνθρωπος, ſpe ſuâ deciderunt, & pro uvis labruſcas acceperunt,



Landesbibliothek Oldenburg

qvid mirandum, ſi hodiè adhuc multorum Miniſtrorum vox: *Tot & tot annis fatigamur docendo, admonendo, dehortando, &c. nec fructus tamen ullus apparet!* Tertiò. Et hoc ſæpiùs recordetur pervigil Paſtor, verbum Dei non poſſe omninò vacuum reverti. *Qvemadmodùm deſcendit imber* (ita Dominus apud Eſaiam) *& nix de cœlo, & illuc non revertitur; ſed inebriat terram, & gignere facit eam, ut det ſemen ſerenti, & panem comedenti; ſic erit verbum meum, qvod egredietur de ore meo; non revertetur ad me vacuum, ſed faciet, qvod volo, & proſperabitur in his, ad qvæ miſi ipſum,* Cap. 55, 10. Dulcis ſanè promiſſio! Fac itaq; nullum comparere fructum, eſt tamen aliqvis. *Elias* ſe ſolum credebat relictum; aſt aliter ex Deo audiebat, qvô exemplô *Paulus*, contra plerorumq; Judæorum incredulitatem, ſe erigebat, Rom. xi. Qvartò. Verbum Dei non ſemper ſubitò effloreſcit; ſed interdum tardiùs provenit. *Ita eſt regnum DEI, ut qviſpiam jaceat ſemen in terram, & dormiat, & ſurgat nocte & die, & ſemen germinet & aſſurgat, qvomodò ipſe neſcit. Sponte enim terra fructum fert, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum, in ſpica.* Marc. 4, 26. Prout igitur agricola, poſt ſumptus factos, & labores exantlatos, patienter meſſem exſpectat; idem nobis, qvos DEus ſuæ vineæ præfecit, agendum. Non pauca certè, Diſcipulis, poſt reſurrectionem Chriſti, venerunt in mentem, qvæ anteà prorſus videbantur elapſa. Qvintò. A Domino ſic

eſt

Landesbibliothek Oldenburg

eſt conſtitutum, ut alii in vineâ ſuâ ſerant, alii metant. *Ego miſi vos ad metendum*, ſic Chriſtus ad Diſcipulos ſuos, *quod vos non laboraſtis. Alii laborarunt, & vos illorum labores introiiſtis*, Joh. 4, 36. Sat itaq; nobis erit, ſi Dominicæ obtemperemus conſtitutioni, in Auditorum noſtrorum ſalute promovendâ, ſive inchoandô, ſive perficiendô. Cribrum, licet aquam non retineat, à ſordibus tamen abluitur, modò ea in iſtud infundatur. Quodſi igitur nunc in præſenti, dum vitiorum mole gravantur, Auditoribus, verbum annunciatum non prodeſt, poſteà forſan, cum animus peccandi ceſſaverit, ad memoriam reductum, proderit. Sextò. Perpendendum ſedulò, *nutricis* nos exercere munus, 1. Theſſ. 2. Nutrix autem non illicò deſperat, quantumvis infans bis vel ter cibum ore reſpuat; ſed denuò in os ejus, vel reluctantis, ingerit eundem, & quodſi non totum trajecerit, vel ſuccus perceptus mortem prohibere valet. Septimò. Evangelium ſemper, vel vitæ vel mortis odorem ſpirat, ergò nunquam temerè, in aërem ſpargitur. Vel vivificat, vel occidit, vel ſalvat, vel damnat; ſimile eſt igni, quem non emollit, illum indurat. Octavò. Etſi nullum omninò deprehenderemus fructum, conſcientiæ tamen causâ, nobis officiô ſolerter defungendum. *Neceſſitas mihi incumbit*, dicit Apoſtolus, & ſtatim addit: *Væ mihi, niſi prædicavero*, 1. Cor. 9, 16. Et, *in Diſpenſatoribus requiritur nihil aliud, quàm ut fidus quisq; reperiatur*, 1. Cor. 4, 3. Sed de hoc puncto,



aliô

aliô tempore, ſi Domino viſum, plura. Conf. interea B. Spen. Scriptum: Der Klagen über des verdorb. Chriſtenth. Mißbr. und rechter Gebrauch/ p. 187. ſeqq. Inter contraria Zeli, meritò etiam computatur

10) *Neutralitas vel Vtralitas.* Dicuntur *Neutraliſtæ*, qui neutri diſſidentium Religionum, ex animo, toti adhærent, & *Vtraliſtæ*, qui utriusq; partis, Jehovæ & Baalis, Chriſti & Diaboli, ſocios ſe præbent, & impari jugô colligantur. *Menſtruam habent fidem*, prout *Hilarius*, de *Ario*, dicere fuit ſolitus, & Religione utuntur, ut nummô, modò ajunt, modò negant, ſimulant, diſſimulant &c. Duabus ſedent ſellis, & alter eorum pes ſtat in portis Sionis, alter in portis Babylonis; Similes ſunt homini, in ſacculorum altero, ſpærulas precatorias, more Papiſtarum, habenti, in altero autem Pſalmos Davidicos, quibus Proteſtantes utuntur. Quodſi inter Papiſtas degant, globulos oratorios oſtendunt, & filo inſertis, numerant ſua murmura, baccis. Quodſi verò apud Lutheranos vel Reformatos vivant, Pſalmos Davidicos habent in manibus. De Tartarorum Chamo retulerunt Scriptores, quod, cum poſt obitum Regis Stephani, in Polonia, Coronam & Sceptrum Poloniæ affectaret, de Religione, paucis, in Comitiis, hôc pactô ſeſe iverit declaratum: *Quod ad Religionem, de qua diſputatur, attinet, tuus Pontifex, meus Pontifex eſto, tuus Lutherus, meus Lutherus eſto.* Vid. B. Calov. orat. ſolenn. de libertate Prophet. Et D. Laur. Beyerlincks/ Conc. ſacras, 239, ut & Lipſii monita polit. in fine Cap. v. L. 2.

Sic

Sic pro ratione ſtatus, mutant Religionem Neutraliſtæ. *Eraſmum*, Bellarminus vocat *Semi-Chriſtianum*, quemadmodum Irenæus *Jota, ſemi-literam*; & Gretſerus, Bellarmini Propugnator, quærit: *Qvô locô collocabimus Eraſmum, qvi ante Bezam idem decurrit ſtadium? Inter Catholicos non videtur mereri ſedem: Sectarii ægrè in ſua caſtra recipient. Ergò qvi vivus neuter eſſe voluit, jam qvoq; neutrum, ſed ſeparatum locum habeat.* Tom. 1. defenſ. Bell. Tract. de Nov. tranſl. pag. 930. Contigit itaq; Eraſmo, quod ipſe ſui Vates cecinit: *Næ ego* (en verba!) *præclarum operæ pretium fero, qvi utrinq; lapidor. Apud noſtros, falſiſſimô titulô traducor Lutheranus; apud Germanos, malè audio, ut Lutheranæ factionis adverſarius.* Hier. Wolff. Tom. 2. Cent. 16. Ad Neutraliſtarum caveam pertinet *Marcus Antonius de Dominis*, qui non tam veram, quàm utiliſſimam ſibi, & ad honores conſequendos, idoneam amplexus eſt religionem. De hoc Viro Rivetus inter alia ita ſcribit: *Fuit*, inqvit, *peſſimus Magiſter certitudinis qvi per inconſtantiam ſuam oſtendit, ſe nihil unqvam certi de rebus religionis credidiſſe, certus Vertumnus, incertus Chriſtianus.* Vid. Annotat. ad Conſultat. Caſſan. pag. 43. Et pag. 262 hæc habet: *Levitas, avaritia & ambitio, hunc virum, alioqvi non indoctum perdiderunt. Et qvamvis ambiguus fuiſſet, nonnullaqve ſcripſiſſet, in tertio ſuorum operum tomo, qvibus indicabat, qvàm lubricus eſſet in religionis negocio, id poſtea magis innotuit, qvuando Cardinalis Ludoviſius, qvi fuerat ejus condiſcipulus, Pontifex factus Greg. XV. eum per Hiſpaniam Legatum invitavit, non ſpe tantùm impunitatis; ſed ſpe etiam lau-*



Landesbibliothek Oldenburg

*ticris fortunæ: qvam, ut obtineret, venit, & ita Palinodiâ, Papæ aſſentatus eſt: Sed non diu perſtitit in propoſito, unde factum eſt, ut in carcerem dejectus, in eo moreretur, & cadaver ejus, ab Inquiſitoribus, ad rogum fuerit damnatum, miſerè ejus Amanuenſe ſtrangulatô.* De *Caſſandro,* qvid vel ipſi Pontificii, in qvorum cœtu vixit ac mortuus eſt, judicent, ex ſeqventibus patet. Sic enim Jeſuitæ Moguntini, de ejus, qvam edidit, Conſultatione: *In eo,* inqviunt, *conſultationis inconſultæ opere, uti & pluribus aliis, per atram proprii judicii caliginem fœdè exerrans, à recti veriq; tramite longiſſimè exceſſit, factus fide Epicœnus, religione Amphibius, opinatione Neutraliſta, verbô Hæreticus, tantò deterior, quantò majori ſcelere, tenebras luci, Dagonem Arcæ, Belial Chriſto conjungere conatus fuerat.* In Animadv. ad Anti-Bec. Croc. De Grotii, Barlæi, Bodini, & alior. religione Prudent. vide, ſi placet, L. Fr. Ern. Kettneri Exercit. Hiſt. Theol. de Religione Prud. Notatu qvoq; dignum, qvod Theologus qvondam Hamb. D. Joh. Müll. his verbis enarrat: Ich habe/ inqvit, einen vornehmen Mann gekannt/ wenn er wolte Predigt hören/ gieng er bey uns in *S. Petri* Kirchen/ weñ er das Abendmahl brauchen wolte/ gieng er nach Altona/ in die Calviniſche Kirche / er hatte aber einen Münch zu Hauſe ſitzen / der muſte ihm täglich Meſſe leſen. Wer ſolte rahten können / mit welcher Relion er es treulich gemeinet? Atheiſm. devict. p. 47. In hiſce certè, & talib9 Amphibiis, Zelus cœli non deprehenditur. Ecqvis autem oculô cœlum alterô, alterô terram conſpexerit? Æq; id impoſſibile eſt animo. *Nunc timete Dominum,* ita Joſua ad Iſraëlitas, *& ſervite ei, perfectô corde, atq; veriſſimô, & auferte Deos alienos.* Reſponderunt illi: *Abſit à nobis, ut relinquamus Dominum, & ſerviamus Diis alienis,* Joſ. 24. Noluit quondam Dominus, *agrum unum ſemine conſeri*

*di-*

*diverſô:* noluit *in bove & aſino jugô jugatis unô:* noluit *veſtes, lanâ linôq́, mixtim contexi vel indui,* Devt. 22. Et ſic hodiè adhuc Religionem mixtam ſeu hermaphroditicam, odio habet. *Qvi non eſt mecum*, ita Chriſtus ſignanter, *is eſt contra me, & qvi non colligit mecum, is diſpergit,* Matth. 12. Aviculæ ex uno ramo ſaltant in alterum, quod ſint leves. At in rebus ſacris non ita eſt ludendum. Piè Petr. Brederodius, unitar. Provinciar. quondam Legatus: Es gebühret keinem Chriſten/in GOttes ſeines Herrn Sachen *neutral* zu ſeyn. v. Kettn. de relig. Prud. p. 46. Media via, nulla via. Et *qui neutrarum partium Duces ſequuntur, tandem certa fiunt victoribus præda,* teſte Bodin. L. 5. de Rep. C. 6. p. 919. Conf. G. Richteri axiom. polit. p. 533. A Pſeudo-Prophetis, juxta regulã Salvatoris, ſedulò eſt cavendum; Nam *Sermo* eorum, ut Paulus addit, *ſerpit, ut cancer,* 2. Tim. 2, 17. Paulus equidem, *omnibus omnia eſt factus,* 1. Cor. 9, 22; Verùm non imitatione erroris; ſed miſeratione compaſſionis. Quod non fuerit Neutralis, ex eo ſatis apparet, quia *Petro in faciem reſtitit,* Gal. 2, 11. Omnis religio, nulla religio: Vera enim religio non niſi una eſt ac unica, Eph. 4, 5, prout DEus unus ac unicus eſt. Ais: *DEus non reſpicit perſonam, ſed is, qvi eum timet, & rectè facit, placet illi,* Act. 10. Reſp. Non timor ethnicus hôc locô eſt intelligendus; ſed Chriſtianus, qui veram atq; juſtificam fidem præſupponit. Aliud eſt, *in omnibus religionibus;* aliud *per omnes religiones* ſalvari. Addis: *In quocunq; cœtu CHriſtus prædicatur, & bonis ſtudetur operibus, in illo, ſalus æterna poteſt haberi.* Reſp. Hâc ratione &

Tur-

Landesbibliothek Oldenburg

Turcis & Socinianis, qui tamen, & Deitatem Chriſti, & ejus ſatisfactionem, plenis buccis inficiantur, ſalus æterna eſſet attribuenda. Galatæ per fidem in Chriſtum volebant ſalvari; ſed inſuper etiam per merita bonorum operum. Aſt quid Apoſtolus: *Facti eſtis inanes Chriſti, quicunq; per legem juſtificamini, & à gratia excidiſtis*, cap. 5, 4. Omnis itaq; religio, quæ bona opera, ut cauſam meritoriam æternæ ſalutis urget, & meritis Chriſti, ea collocat à latere, exitialiter errat, nec beatitudinem cœleſtem præſtare poteſt. Addo: Si qvis diceret: *Volo credere in Chriſtum, & bonis operibus navare operam; ſed non volo baptiſari* ( poſito, qvod nondum aqvâ baptiſmali eſſet tinctus) *nec etiam ſacrâ uti Synaxi*, numne is poſſet ſalvari? Vides itaq;, qvod non ita nudè & crudè dicendum: *In quacunq; religione creditur in Chriſtum, & bonis ſtudetur operibus, in illa religione etiam aliquis poteſt ſalvus fieri.* Totus Chriſtus eſt amplectendus, non ſaltim, in qvantum eſt noſter *Sacerdos*; ſed etiam, in qvantum eſt noſter *Propheta*, & noſter *Rex*. Urges tandem *Symboli Apoſtolici ſufficientiam*. Reſp. Multi habent Symbolum Apoſtolicum; ſed non apoſtolicè intellectum. Inter ſonum vocabuli & ſenſum rei, multum datur diſcriminis. Scitè Hieronymus: *Non in verbis eſt Evangelium, ſed in ſenſu; non in ſuperficie, ſed medullâ; non in verborum foliis, ſed in radice rationis.* In Cap. 1. Epiſt. ad Gal. Diabolus provocabat ad Scripturam, & Chriſtus etiam, ſed ſenſu longè diverſô. Non itaq; qværitur, qvid dicat hic & iſte cœtus; ſed qvàm verè dicat? Multi ſimilia loqvuntur, ſed diſſimilia ſentiunt. Vid. omninò Joſ. Halls Romam irreconc. Sect. 4. p. 19. ſeqq. Verùm plùs ultra. Zeli Miniſtri eccl. ardorem, non parùm etiam præpedit

II.) *Deje-*

Landesbibliothek Oldenburg

II) *Dejectio animi meticuloſa, ſeu nimia timiditas vel puſillanimitas.* Verè Salomo: *Qvi timet hominem, certò corruet,* Prov. 29, 25. Ita eſt! Qvi plus periculum timet, qvàm peccatum, is ob vitandum periculum, patrat atq; committit peccatum. Et qvot paſſim hodiè, ne remotiora flenda citem naufragia, in hoc hypocritico ac hypercritico ſeculo, videas Theologos, die lieber (ut verbis Domini Watſ. utar) eine gantze Haut/als ein unverletzes Gewiſſen wollen haben; die mehr die Gefahr/ als die Sünde fürchten; die lieber wollen böſes thun/als böſes leiden? Apud Jobum id dicitur: *Potiùs ſeqvi iniqvitatem, qvàm miſeriam,* Cap. 36, 21. Aſt qvantum Væ manet hos homines; qvi res theologicas ſic adulatoriè pertractant? *Timidis, & incredulis, & execrabilibus, & homicidis, & ſcortatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars aſsignata eſt, in ſtagno ardenti igne & ſulphure, qvod eſt mors ſecunda,* ita Joh. Apoc. cap. 21, 8, qvæ profectò non ſunt humanitùs excogitata terriculamenta, ſed certiſſimæ, juſtitiæ cœleſtis, minæ, in eos cumprimis, qvi evangelicæ legationis munus aſſumpsêre, ſi non legitimè, id ipſum præſtiterint. Incidit hìc Votum Davidicum: *O ſi qvis daret mihi potum de ciſterna, qvæ eſt in Bethlehem, juxta portam,* 2 Reg. 33. Talem, credas, aqvam, tales Heroas, poſtulant hæc tempora, qvi diſſipent obſtantes Philiſtæos, & onuſti hoſtium ſpoliis, in caſtra triumphantes redeant. Vacillantium erroribus fortiter reſiſtere oportet, & cum res popoſcerit, *frontem* (qvæ Hier. in Ezech. eſt dictio) *fronte concutere.* Succur-



Landesbibliothek Oldenburg

currat iſtud Salvatoris: *Nolite timere ab iis, qui trucidant corpus,* (alioqvi caducum & ſuô tempore intermoriturum) *animam autem non poſſunt trucidare; ſed timete potiùs eum, qui potens eſt, & animam & corpus perdere, in gehenna,* Matt. 10. Hier zeitlich/dort ewig. Notabilis *Chryſoſtomi* eſt animoſitas, ſilentii nubi hîc minimè involvenda. A Civitate enim, cum fugaretur, in hæc deſinebat verba: *Siquidem vult Regina me exulem agere, agat in exilium: Domini eſt terra & plenitudo ejus: Si vult ſecare, ſecet; Idem paſſus eſt Eſaias: Si vult in pelagus me mittere, Jonæ recordabor: Si vult in caminum injicere, idem paſſi ſunt tres illi pueri: Si me feris vult objicere, objiciat; Danielis, in lacum, leonibus objecti, reminiſcar: Si me lapidare vult, lapidet, ſocium habebo Stephanum, proto-martyrem: Si caput tollere vult, tollat, habebo ſocium Johannem Baptiſtam: Si ſubſtantiam vult auferre, auferat, nudus exivi ex utero matris meæ, nudus etiam revertar.* In Epiſt. ad Cyriacum. Largiatur & mihi Dominus, ſecundùm magnam ſuam miſericordiam, talem animum. Caveat, ne unqvam prædicem placentia, & degeneri qvôdam timore, ſupprimam ſalutaria; ſed ut multâ parrheſiâ, ea caſtigem facinora, qvæ maximè regnant, etiam in maximis, & apud maximos! *Magis* namqve, ut Proſper ait, *malle debemus eorum inimicitias, qvi noluerint emendari, contrahere, quàm DEI offenſam, dum peccantes palpamus, incurrere.* De vita Contempl. Lib. 3. Cap. 23. *Joabus*, qvondam prœlium initurus: *Agamus viriliter, pro populo noſtro, & pro urbibus DEI noſtri,* 1. Chron. 19, 13. Ad eundem modum ego: *Agamus* (ô Viri DEI!) *viriliter pro religione noſtra, & pro cultu DEI noſtri!* Significantia ſunt verba, qvando B. noſter *Lutherus* ait: Es iſt nicht möglich/ daß der ſolte predigen die Evangeliſche Warheit/ der ſich fürchtet für den groſſen Hanſen/ und nicht geringe achtet/ alles was die Welt groß achtet. Der Herr wil keinen Schmeichler zum Prediger haben/ dieweil

weil er nicht ſaget: Gehet um das Dorff/oder neben hin. Hinein gehet/friſch an ſie/und ſaget ihnen/was ſie nicht gerne hören/ die euch thun / das ſie gerne ſehen. Haus-Poſt. in Ev. I. Dom. Adv. Abſit itaq; omnis importuna meticuloſitas! Faciamus, qvod juſtum & æqvum eſt, & ſinamus cœlum ruere! *Amor morte fortior eſt*, Cant. 8, 6. reſpondeat itaq; ille Regi, fornacem ignitum minitanti: *Notum tibi ſit, nos non eſſe culturos Deos tuos, nec imaginem auream, quam erexiſti, adoraturos*, Dan. 3. Regerat aliis minis: *Non poſſumus, quin eloquamur, quæ vidimus ac audivimus* Act. 4, 17. Ut &: *Non ſolùm ſum paratus vinciri; ſed & mori pro nomine Domini JESU*, Act. 21, 13. Tunc potisſimè certum ſolet eſſe Piſcatoris lucrum, cum mare tempeſtate jactatur. Accingamus itaq; lumbos noſtros, ſurgamus & loqvamur omnia ea, qvæ Dominus præcepit, nec formidemus à facie ullius hominis. Sit noſtrum Symbolum, cum Davide: *Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?* Pſ. 27, 1. Alloqvamur nos ſubindè, verbis Aug: *Quid times, o homo, in ſinu DEI?* Et ut contra omnes muniamur perſecutiones, & ad ſententiam, qvam in Scripturis cognovimus radicatam, tanqvam ad ſaxum adhæreſcamus, DEUS his ferventibus rogandus eſt ſuſpiriis: Laß mich keine Luſt noch Furcht von dir / in dieſer Welt abwenden: Du Höchſter Tröſter in aller Noht / hilff / daß wir nicht fürchten Schand noch Tod. Conf. hîc omninò ſummè rev. Dom. Aug. Herm. Francken / in aureô libellô, von der Menſchen-Furcht. Sed ſatis, de Zeli Miniſtri Eccl. impedimentis. Tempus monet, ut nunc tandem, ultimô locô, ſiſtam

VIII.

*Adjumenta.* Inter hæc eſt

1.) *Verbum DEI.* Nulla unqvam vitiorum hyems ſic Zeli ardorem extingvit, qvin ex hoc ſilice poſſit reſtitui. Non ſaltim eſt lumen illuminans intellectum;



Landesbibliothek Oldenburg

ſed etiam ignis inflammans affectum. Pungit, rapit, urit, ſcintillasq; in animis legentium ac audientium relinqvit. Inde Pſaltes: *Ignitum* (πεπυρωμένον durchfeuert) *eſt tuum eloqvium vehementer*, Pſ. 119, 140. Et Deus ipſe: *Verba mea*, inqvit, *ſunt qvaſi ignis ardens, & qvaſi malleus conterens petras*, Jer. 32, 20. Accede itaq; ad hunc ignem ſanctum, & plus ſatis incaleſces. Præclarè Hugo Victorius: *Nihil*, ait, *in hac vita dulcius ſentitur, nihil avidius ſumitur, nihil ita mentem ab amore mundi ſeparat, nihil ſic animum contra tentationes roborat, nihil ita hominem excitat ad omne bonum, & ad omnem laborem, ut S. Scripturæ ſtudium.* Lib. I. de anima. Utinam igitur ſedulâ familiaritate eidem inhæreremus. Diſſolvit mentis glaciem, & ſtupida frigore membra, ad virtutem exercendam inflammat; Excludit rectè operandi torporem, qvi à Diabolo gignitur, & dulci qvâdam violentiâ, ad zelum agit virtutis. Non ſolùm enim recenſet exempla eorum, qvi pro domo Dei caluerunt; ſed & divini Spiritûs virtutem ac efficacitatem ſibi indiſpenſabiliter habet adjunctam. Qvare Paulus de Evangelio diſertè: *Potentia* (δύναμις) *eſt DEI* (non propriè, nam ſic eſſet ipſe Deus, qvod abſonum; cum effectus non poſſit eſſe cauſa ejus, cujus eſt effectus; ſed impropriè, h.e. potens & efficax eſt organum) *ad ſalutem, omni credenti*, Rom. I. Energiam ſeu calorem hujus divini ſermonis, experiuntur adhuc hodiè, tàm *Doctores*, qvàm *Auditores*. *Doctores*. Hinc *oratio* ipſorum, tanqvam *fax, ſicut ſer*-

*mo*

Landesbibliothek Oldenburg

*mo Eliæ*, Syr. 48, 1. *Auditores.* Unde illi ſæpiùs cum duobus Diſcipulis, in Emaus euntibus: *Nonne cor noſtrum ardens eſt in nobis, dum nobis aperiuntur Scripturæ?* Luc. 24. Scilicet: *Sermo DEI* (ſunt verba Greg.) *ad aurem dicitur, & mens ex internæ dulcedinis flamma comburitur.* Hom. 3. in Ezech. Qvotiescunq; igitur à priſtino illo, qvi ſervum DEI decet, fervore, te deſciſcere ſentis, toties piè flammantia Scripturæ verba ſuſcipe, atq; ſic in ſtrenuas actiones reſolveris. Ad claſſem adjumentorum pertinet

2.) *Baptiſmi freqvens recordatio.* Promiſimus baptizati, nos veram velle confiteri fidem, & abrenunciare Diabolo, & omnibus ejus operibus, exadversò autem *DEO ſervire, cum ſanctitate & juſtitia, in ipſius conſpectu, cunctos dies vitæ noſtræ*, Luc. 1, 75. Cum itaqve animo revolvimus, ad qvid nos in fœdere baptiſmali obſtrinxerimus, ad exercitia pietatis, promtiores ac alacriores nos illud reddere poteſt. In rem nuperus qvidam Scriptor: *Cuivis baptiſmum meditanti, calcar & ſtimulus eſt ad pietatem & ſanctitatem. Famulus Principis veſtem à Domino acceptam, & in illa colorem Inſignium Domini ſui intuens, non poteſt ſe hoſtibus Principis ſui adjungere, niſi prorſus perfractæ ſit frontis; Vel ſolus intuitus veſtium & coloris, jubet ipſum fidelem eſſe illi, à qvo veſtes accepit. Baptiſmus eſt teſſera Chriſtianiſmi, ubi colorem Ducis noſtri aſſumpſimus, cujus vel ſola meditatio, nos ab operibus Satanæ avocare, & ad praxin voluntatis divinæ excu-*



Landesbibliothek Oldenburg

*tere deberet. Vtinam verò, in qvovis opere, nos ipſos examinaremus: Num hoc congruit, cum voto baptismali? An talem te vitam acturum promiſiſti?* Mittelholz. florileg. anglic. Dec. 4. p. 364. Incentivum pii caloris, in Miniſtro Eccleſiæ, eſt etiam

3.) *Sacræ Cœnæ uſurpatio.* Qvemadmodùm hoc epulum Sacramentale antidotum ſeu præſervativum eſt contra peccati dominatum; ſic qvoqve virtutis eſt ſuſcitativum ac corroborativum. Fides per id fit flagrantior, ſpes auctior, & charitas ardentior. Novus eſt funiculus, & nova catena, qvâ cor noſtrum, ad virtutem appetendam ſtringitur atq; obligatur. Qvotiescunq; edimus ac bibimus corpus & ſangvinem Chriſti, in ſacra Synaxi, ſub benedicto pane & vino, toties id in memoriam Chriſti fieri debet, juxta verbum Salvatoris: *Facite hoc, in mei memoriam!* Luc. 22, 19. Paſſio autem CHriſti, uti eſt ſanativa morbi noſtri, ablutiva peccati, ſolutiva pretii, proſtrativa Diaboli, ſpoliativa inferni, reconciliativa generis humani, deletiva chirographi, reparativa mundi, reſerativa cœli, & integrativa lapsûs primi; ſic ejus recordatio eſt ſuſcitativa ac confortativa pii Zeli. Calix Chriſti eſt inebrians. Benè animæ, qvæ ſic eſt ebria! Incitat ſanctum ignem, in Eccleſiaſte,

4.) *Muſica ſacra.* Pellitur hâc non ſolùm Melancholia, qvæ Diaboli eſt balneum; ſed & mentis tædium abſtergitur & ignavia ſoporansq; langvor excitatur. Audiamus qvæſo Hipponenſium Præſulem

Augu-

Auguſtinum: *Religioſiùs,* inqvit, *& ardentiùs ſentio, moveri animos noſtros, in flammam pietatis, cum ita cantantur ſancta dicta, qvàm ſi non ita cantarentur, & omnes affectus ſpiritus noſtri, pro ſvavi diverſitate, habent proprios modos, in voce atq; cantu, qvorum neſcio, qvâ occultâ familiaritate excitentur?* Lib. 10. Conf. C. 33. Scilicet, in nervis eſt nervus. Pſalmi, hymni & cantiones ſpirituales ſunt Spiritus S. ὄχημα ſeu vehiculum, qvô in corda noſtra venit, & ea, omni Deitatis plenitudine implet. Idcircò qvoq; ſvaviſonantibus inſtrumentis, in ſolenni ſacro, utitur Eccleſia, qvibus ad alacritatem, lætitiam & devotionem, magis magisq; accendit, & ad omne opus bonum promptiores ac alacriores reddit. Satan, ut conſtat, tribus mediis ſuum regnum propagare ſtudet: Impuris ſcil. cantionibus, adagiis obſcœnis, & epiſtolis vanis ac putridis. Spiritus S. ut propriis plumis Diabolum transfigeret, excitavit Davidem, ut Pſalmos; Salomonem, ut Proverbia; & Paulum, Petrum, Judam & Johannem, ut epiſtolas ſacras ac ſalubres conſcriberent. De Eliſæo, memoriæ eſt proditum, qvod Pſalten, ut modularetur coram ipſo, advocari ſibi popoſcerit. Non eô fine id factum, acſi ſpiritus propheticus, qvod vulgatum Hebræorum eſt axioma, ſuper mœſtum haut reſideret animum. Nam qvot revelationes, in adverſitatum cataclyſmo habuit Johannes? Vid. d'Eſpagn. p. 316. Sed ideò præſentiam Pſaltæ deſideravit, ut animum propter impietatem

Regis

Landesbibliothek Oldenburg

Regis ſanctè qvidem, fortaſſè tamen juſtò vehementiùs turbatum pacaret, ac priſtinæ tranqvillitati reſtitueret. Vid. Dn. J. Halls Bibl. Geſch. in h. l. ut & Großgeb. Wächter-Stim. Cap. XI. p. 212. Adducerem hîc qvoqve exemplum Regis Saulis, à qvo, cantu citharæ Davidicæ, adhibitis piis qvibusdam cantilenis, malus Spiritus depulſus, animusqve iterùm ſedatus; ſed non vacat, hæc fuſiùs dilatare. Finio verbis Thomæ Brown: *Aliqvid certè divinius habet Muſica, qvàm qvod auris perſentiſcit.* p. 398. Follis ignis ſacri ſunt etiam

5.) *Preces.* Non naſcitur nobiſcum Zelus, ut ſuprà oſtendi; ſed deſuper advenit. Rogandus itaq; eſt Pater luminis atq; fervoris, ut hunc ſacrum ignem, de cœlo mittere, eôdemq; ſubinde nos baptizare velit. Oratio auget Zelum, & Zelus accendit orationem. Das Gebet iſt der Blaſebalg/ (ita B. Spen.) der die Kohlen/ ſo ſonſt geſchwind außlöſchen würden/ auffs neue anbläſet. Lebens-Pfl. Part. 2. p. 551. Agamus itaq; & genu ſupplice, protensâq; manu, ad DEum clamemus, ut indies ab ipſo, ad obeundum munus noſtrum, cum alacritate & conſtantia exuſcitemur. Si friget oratio, friget etiam prædicatio. Sed & Auditorum precibus, Zelus Doctoris non parùm adjuvatur. Hinc ſeqvens adhortatio: Wenn ihr ſehet/ wie eure arme Lehrer geruffen werden/ ſchwere Sachen anzugreiffen/ und wie der Feind wider ſie annahet/ ſo nahet mit euren Hertzen zu GOtt/ der verſprochen hat/ ſich derer/ die Feuer auf ſeinem Altar anzünden/ nicht nur anzunehmen/ ſondern auch die Lenden derer/ die wider ſie ſtreiten/ zu zerſchlagen/ daß ſie ferner nichts außrichten können. Mercket ihr/ daß ihre Krafft unter der Laſt faſt dahin iſt/ und ſie

für

Landesbibliothek Oldenburg

für Müdigkeit die Fahne ſincken laſſen; greiffet zum Gebet/ und ruffet zu dem/der das Gebet erhöret/ damit ſie neue Krafft erlangen. Schicket ſogleich in den Himmel/ ſuchet Hülffe daſelbſt/ bittet den HErrn/ daß er den Schild und Helm ergreiffe/ und ſeinen Knechten helffe. Gebet eure Gebete auf die Poſt/ damit ſie in den Himmel vor den kom̃en/ der ſeine Hülffe nicht verſagen will/ der den Feinden die Spieſſe aus den Händen reiſſen/den Weg verſperren/ und zu den Seelen ſagen kan: Ich bin dein Heyl. Ac iterùm: Ihr müſſet beten / daß die Prediger Männer des Gebets werden. Denn die auf ihre Predigt knyend gedencken / die werden ſolche am beſten vorbringen; und fromme Lehrer können bey ihrem beten mercken / wie ihre Predigt werde abgehen: Es iſt ihnen ſolches / wie das Uberſchwemmen des *Nili*; ſie können dabey abnehmen/ was ſie für Hertzen zu hoffen haben. Aber weh dem Lehrer / der zwar von GOtt und ſeiner Seligkeit/ mit vielen Worten/ ohne Mühe reden kan/ aber zu GOtt mit brennenden Hertzen zuvor nicht gebetet. Erbittet euren Lehrern Gebete aus dem Himmel / damit ihr durch ihr predigen möget himmliſch geſinnet werden. Ihr könnet ſodenn der Mühe / Predigten vor ihn außzubitten/ überhoben ſeyn. Denn / iſt ſein Hertz im Gebet zu GOtt entzündet/ ſo werden die Worte/wenn er von GOtt reden ſoll/auch nicht zurück bleiben. Denn er hat das Buch ſeines Hertzens/ und der Geiſt GOttes ermuntert ihn/ den Namen des HErrn anzuruffen. Der aber ſolch Buch nicht hat/ kan verſichert ſeyn/ daß ihme JEſus auch die Bibel nicht in ſeine Hand gegeben/ zu predigen. Ich muß abbrechen / und ſage nochmals / entweder betet / daß eure Lehrer zu beten anfangen / ja daß ſie in dem Himmel wandeln / oder es wird nicht viel mangeln / daß er euch nicht in die Hölle predige. Rein. d. Kind. Levi / p. 258. & 275.

Adjumentis Zeli, meritiſſimè qvoq; accenſetur

6.) *Bonitas Societatis.* Vel occurſus zelantium ju-

 vat.

vat. Ut carbo prunæ vicinus, ex ejus attactu reviviſcit; ſic fervidis qvi jungitur, fervorem accipit. Frigido Davidi calefaciendo Abiſai fuit data. Sic inter pios Παροξυσμὸς ἀγάπης, καὶ καλῶν ἔργων, *irritatio ad charitatem & ad opera bona* deprehenditur, Hebr. 10, 24. Excitat nempe corda torpentia collocutionis vox, & qvâdam ſollicitudinis manu, ut evigilent, pulſat. Gregor. Nazianzenus, magnam ſuam, cum Baſilio enarrans conſvetudinem, inter alia, & hæc adducit: *Vnum hoc, ab utroq; noſtrûm agebatur, ut virtutem coleremus, atq; ad futuras ſpes, vitæ noſtræ rationes accommodaremus, ante mortem, à terra migrantes. Qvod qvidem nobis, ob oculos proponentes, vitam actionesq; omnes dirigebamus, tùm divini præcepti ductum ſeqventes, tùm alteri virtutis ſtudium exſtimulantes; atq; (niſi hoc arrogantiùs dicere videar) uterq; alteri norma atq; amuſſis eramus, qvâ rectum, à pravo diſcernitur. Nec enim, cum flagitioſiſsimis ac petulantiſsimis qvibusq; ſodalium noſtrorū conſvetudinem habebamus; ſed cum optimis & honeſtiſsimis; nec cum pugnaciſsimis; ſed cum tranqvilliſsimis & pacatiſsimis, iisq;, qvorum conſvetudo maximos fructus afferebat.* Orat. 30. in Laud. Baſil. Adſociemus itaq; nos illis, qvorum labia calculus ignitus, de altari aſſumptus tetigit cœleſti. *Enſis enſem, & vir virum acuit.* Ritè alicubi Greg: *Qvi cum ſancto viro adhæret, ex ejus aſsiduitate, & uſu locutionis, exemplum operis boni accipit, ut accendatur in amorem charitatis.* Si nemo animi faces jactatas inflammat, ſpontaneâ remiſſione langvent.

Aſt Zeli ignem porrò inflat 7.)

Landesbibliothek Oldenburg

7.) *Lectio librorum ſpiritualium.* Mali libri in monſtra nos turpiter commutant; ſed boni nos erudiunt, ad regnum cœlorum: Mentem roborant contra errores; voluntatem contra tentationes; mores eliminant incultos; torporem excutiunt; ſalubres gemitus cauſantur; lachrymas compunctô corde producunt; internas divitias augent; vaniloqvia compeſcunt; deſiderium civitatis ſuperæ accendunt. Qvin & animam ſaginant, & viſcera pingveſaciunt, qvod ipſum altiore mente revolvens *Thomas à Kempis*, *centies & millies affirmat felices manus, & fortunatos digitos eorum, qvi pios libros, animorum ſaluti profuturos, conſcribunt, & poſteritatis memoriæ uſibusq́, ſempiternis tradunt.* Devotorum itaq; ac piorum librorum nunqvā non avidiſſimos nos eſſe oportet. De B. noſtri *Arndii* libro, qvi *Verus Chriſtianiſmus* nominatur, B. D. *Mart. Geierus*, dicere eſt ſolitus: Diß Buch hat mich zum rechten Chriſten gemacht. Fateor, multos hic pientiſſimus Theologus, *Ipſa, â quo poßet virtutem diſcere, virtus,* habuit obtrectatores; ſed utinam & tot fuiſſent Imitatores. Qvod olim de Petronii Arbitri Scripto Satyrico dictum: *Tolle obſcœna, & tollis omnia*; Illud de Scripto allegato, hôc exprimam modô: *Tolle ſancta, & tollis omnia.* Nam totum, qvantum qvantum eſt, aliud penè nihil ſapit, præter ipſam medullam pietatis; qvælibet pagina habet ſpiritum contribulatum & humiliatum. Adjungantur huic plures, æq; divinô ſpiritu conſcripti, & tunc Spiritûs fervor atq; profe-

ctus inſtillabitur. Legantur, non qvi maximè ſapiunt; ſed qvi maximè nutriunt. Illicium Zeli porrò eſt

8.) *Conſideratio Vocationis.* Subindè nobis id inculcemus: *Epiſcopi ſumus: Speculatores ſumus: Medici ſumus: Paſtores ſumus,* &c. Atq; tunc facilè intelligemus, gregi Dominico, acriori proſpiciendum eſſe induſtriâ. Non ἄργους nos eſſe vult DEUS & ἀκάρπους, nec ut in terram, cum ignavo ſervo, *talentum noſtrum defodiamus*; ſed ut *lucremur*, Luc. 19; Negotiari debemus, non nepotari. Qvàm turpe igitur, ſi de Verbi Miniſtro dicatur, qvod de *Licinio* ſcribit Tacitus: *Tanta torpedo invaſerat animum, ut ſi Principem eum fuiſſe, cœteri non meminiſſent, ipſe obliviſceretur.* Refert ex B. Scriv. pl. rev. Dn. Sperl. certum qvendam Eccleſiæ Miniſtrum, in introductione ſui Conſervi, præſentes Paſtores, ſeqventi verborum tenore, fuiſſe allocutum: Ach liebe Herren und Brüder/ laſſet uns beten/ wachen/ ſorgen/ eiffern und getreu ſeyn/ in allen Stücken/ zumal uns nicht Gold und Silber anvertrauet; ſondern Seelen/ Seelen/ Seelen/ die GOtt zu ſeinem Bilde erſchaffen/ die JEſus Chriſtus mit ſeinem Blute erlöſet/ und der H. Geiſt ihm zum Tempel erwählet hat. Wird eine hievon/ durch unſere Schuld verlohren/ ſo ſoll unſere Seele/ an ihrer Stelle ſtehen. Contin. Nicod. qvær. Part. 1. p. 1337. Faxit DEUS ter O.M. ut hæc conſideratio, animo meo firmiter inſideat, & me pluſculum fortiter excitet, ut officio, ad qvod ſum vocatus, zelosè defungar, & Chriſto atq; cœtui fidelium, me totum conſecrem. Sæpè, fateor, cœleſtis ille detepeſcit fervor, niſi talibus vivificetur ac propellatur cogitationibus. Zeli incitamentum porrò, eſt etiam

9.) *Donorum DEI ſuſcitatio.* Ut ignis qvondam in altari

Landesbibliothek Oldenburg

altari ſemper arderet, Sacerdos eum nutrire debebat, *ſubjiciendò manè, per ſingulos dies, ligna*, Levit. 6, 12 Ad eundem modum, Præpoſiti Eccleſiæ adhuc ho-diè debent agere. Hinc iſtud ἀναζωπυρεῖν. *Suggero tibi, ut exuſcites Donum DEI*, 2. Tim. 1, 6, qvæ vox, Suidâ interpr. propriè ſignificat, ex ſcintilla exigua, magnam flammam accendere, per ζώπυρον, i. e. follem, qvando ignis, in cineribus latens excitatur, ac etiam per flatum continuatur. Tantum itaq; abeſſe debet, ut igniculus, à gratia divina accenſus, extingvatur, ut potiùs è cineribus excitetur, & indies magis magisq; augeatur. Ante omnia ſatietas vitetur ſpiritualis, ac præſumptio ſufficientiæ. Ubi enim dixiſti: *Sufficit, periiſti:* Einbildung hindert Forderung. *Jam ſaturati eſtis, jam ditati eſtis!* ſic Corinthiorum φυσίωσιν perſtringebat qvondam Apoſtolus, 1. Ep. 4, 8. Venuſtè Bernh: *Cogita*, inqvit, *in ſcalâ Jacobæâ, Angelos omnes vel aſcendere, vel deſcendere, neminem ſtare. Et tu ergò, ſi non proficis, deficis, & ubi incipis nolle fieri melior, deſinis eſſe bonus*, Epiſt. 191. Sancta profectò eſt avaritia, ſemper plus velle, in bono creſcere; ſemper plus velle, pro Domo DEI zelare. Aſt ſacro huic igni, facem qvoq; ſubdit

10.) *Heroica reſolutio.* Eſther ad Mardochæum: *Cum ancillis meis jejunabo, & tunc ingrediar ad Regem, contra legem faciens, non vocata, tradens me morti, & periculo*, (komm ich um / ſo komm ich um) Eſth. 4, 16. Et Megalander Luth: Ich will dahin (nemlich nach Worms)

 und

und ſollten meiner gleich daſelbſt ſoviel Teufel warten/als Ziegel auf den Dächern ſind. Triumphanti magnanimus hic Athleta, poſtqvam fide infractâ ſeſe muniviſſet, propior erat, qvàm luctanti. Atq; ſic nos etiã, propter Chriſtum, pericula contemnere decet. Lepus immundus habebatur olim; atq; id ideò, prout Gloſſa notat, factum, qvia eſt animal ignavum ac timidum. Rejicit itaq; Dominus omnes, qvi leporis ignaviam ac timiditatem imitantur. *Juſti*, fatente Salomone, *ſunt, ut Leunculus, qvi confidit*, Prov. 28, 1. Idq; ſummâ profectò ratione. Leoninam namq; fortitudinem debent habere, qvibus, cum Leone tartareo rugiente, conferendæ ſunt manus. Novimus ex ſacris, & qvod dolenter addo, etiam ex experientia, *Iſmaëlis irriſionem*, Gen. 21, 9; *Herodis illuſionem*, Luc. 23, 11; *Pilati flagellationem*, Matt. 27, 26; *Bonorum direptionem*, Hebr. 10, 34; *Reſiſtentiam usq; ad ſangvinem*, Hebr. 12, 4. Et annon hæc cuncta heroicam poſtulant reſolutionem, ne animô fracti fatiſcamus, idemq; nobis eveniat, qvod de poſteris Ephraimis legitur, ſc. *eos armatos, jaculantes arcu, terga vertiſſe, tempore prœlii*, Pſ 78, 10? Sufflativum Zeli qvoq; eſt

10.) *Amor DEI & CHRISTI.* Præclarè & perſpicuè, prout ſolet, Bernhardus: *Si amas*, inqvit, *Dominum JESUM totô corde, totâ animâ, totâ virtute tuâ, numqvid, ſi videris ejus injurias contemtumque, ferre ullatenus, æqvô animô poteris? Minimè! ſed mox arreptô ſpiritu judicii, & ſpiritu ardoris, & tanqvam potens crapulatus à vino, repletus zelô Phinees, dices cum David: Tabeſcere me fecit zelus meus, qvia obliti ſunt verba*

*verba tua, Inimici mei; & cum Domino: Zelus domus tuæ comedit me.* Serm. 44. in Cant. Amorem itaqve noſtrum accendamus, & in flammam, de pulchritudine, ſvavitate & bonitate ejus cogitando, excitemus. Verè qvi diligit, ſeverè corrigit. Et nonne Salvator, curam Eccleſiæ Johanni commendaturus, priùs qværebat: *Simon Johanna, amas me?* Joh. 21, 17. Addo, amor ubi eſt, labor non eſt, unde Johannes: *Mandata DEI non ſunt gravia,* 1. Ep. 5, 3. Videlicet, nihil tàm eſt durum ac ferreum, amoris igne, qvod non vincatur. Sed ultimum tandem Zeli illectamentum eſt

II.) *Meditatio prœmii cœleſtis, qvod fervidis Myſtis eſt repoſitum.* Habet hoc certè, ſi attentiùs amuſſatiùsq; perpendatur, magnam in ſe incluſam efficacitatem, qvâ & jacentes excitet & currentes; ac ut celeriùs pergant, incitet. *Qvi docti fuerint*, ſic Daniel liqvidiſſimè, *fulgebunt qvaſi ſplendor firmamenti, & qvi ad juſtitiam erudiunt multos, qvaſi ſtellæ, in perpetuas æternitates,* Cap. 12, 3. In præſenti ſeculo, conſcientioſi ac vigilantes Eccleſiæ Doctores, locò prœmii, odia & perſecutiones mundi, reportare ſolent; aſt in futuro, gratioſam ac copioſam indepturi ſunt mercedem. In die cenſorio, CHriſtus, cum in nubibus advenerit, cinctus myriadibus Angelorum, ad qvemlibet eorum dicturus eſt: *Euge, Serve bone, in paucis fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, ingredere in gaudium Domini tui,* Matth. 25, 21. Qvocircà etiam Apoſtolus Petrus: *Cum manifeſtus,* inqvit, *factus fuerit ille Paſtorum*

*rum Princeps, reportabitis* ( vos, qvi fidi fuiſtis, in munere veſtro) *amarantinam illam coronam gloriæ*, 1. Epiſt. 5, 4. Coronâ ſeu diademate, qvid qvæſo, inter ſublunaria, glorioſius? Aſt admonet nos illa certaminis antegreſſuri. *Nam niſi certanti, nulla corona datur;* Nec ſaltim nudi certaminis; ſed certaminis legitimi. *Qvi* enim *certat, non coronabitur, niſi legitimè certaverit*, 1. Tim. 2, 5. Accingamus nos itaqve, *Commilitones* in CHRISTO dilectiſſimi, & bonum certamen, nunqvam non indefeſſè certemus. Calcatâ omni falsâ ſpiritualium rerum ſecuritate, religioſæ ſollicitudinis pium aſſumamus Zelum, Eccleſiæ, tàm docendô, qvàm ducendô; tàm corripiendô, qvàm corrigendô; tàm conſulendô, qvàm conſolandô, fervidô inſervientes ſpiritu. *Tiberius* circa Religiones fuit negligentior, *Nero* earum uſqveqvaqve contemptor; Aſt nos divinorum zeloſi ſimus cultores ſimul & propugnatores. Dicant alii: *Qvis Spartam dabit ditiorem?* Nos cum Rege Sodomæ: *Da mihi animas, facultates tibi accipe*, Gen. 14, 21. Sint alii de rebus hujus ſeculi anxii, nos de grege nobis commiſſo. Sic noſtra tandem compenſatio, in cœlis, erit multa. Qvod ſupereſt, abſolvam votô, brevi qvidem; ſed enixô. Faxit Amor ille, qvi ſemper lucet, ſemper ardet, & nunqvam extingvitur, ut Theologi ſimus, non intellectu, ſed affectu; non agnitione, ſed devotione; nec tam lingva loqvens, qvàm ignis vibrans, aut ſi lingva, certè ignea; largiatur nobis ardentem pro veritate Zelum, & flagrantem, in vitæ ſanctimoniam, ardorem. Inclareſcat cor noſtrum (tenebris alioqvi involutum) de claritate in claritatem, & incaleſcat (ſpirituali gelicidiô aliàs correptum) de charitate in charitatem; Subinde nos igneô baptizemur baptiſmate, ut in operas Dominicas, acriore conſurgamus virtute, & igneis fidei alis, ad præſentiorem DEI cultum, magis magisqve attollamur.

INDEX

# INDEX RERUM.


ABjectio à facie Chriſti 9
Abſentia Miniſtri Eccleſiaſtici 209
Acrimonia ſtulta 64
Adhortatio ad pium Zelum 264
Admonitio privata & publica 77. 103. 115
Adverbia 58
Adulatores Clerici Deo exoſi 250
Ægrotorum viſitatio 205
Æqvalis Zelus noxius 74
Æſtus contentionis 66
compotationis 67
Aliis, non ſibimet ipſi dicere 167
Ambitio Clericorum 225
Amicis & propinqvis non eſt parcendum 100
Amor 16. 162. 233
proprius 165
DEI 262
Andreæ (Joh. Val.) Apologus de Candore ingenuo 216
Angeli, Zelatores 154
Animoſitas Miniſtri Eccleſiaſtici laudabilis 250
Antiqvitas 34
Arguere non eſt maledicere 118
Ariana hæreſis 46
Arndii Liber de vero Chriſtianiſmo 259
Articuli fidei ſunt pauci 182
Artificioſa pietas 8
Atheus 4. 162
Atheiſmus ſubtilis 155
Auditores pro Doctoribus ſuis orent 256
Augent Zelum adverſa 168
Avaritia 128. 221

BAptiſmi freqvens recordatio 253
Bethlehemitæ ingrati 62
Boanerges 21. 139
Bona opera 51. 55
eorum Corona 156
Bona intentio 58. 167

CAlamitas 68
Calor in N.T. ſit major, qvàm in Veteri 151
Calendaria, an Miniſter Eccleſiæ conficere poſſit? 238
Camelum glutire & vinum percolare eſt Pontificiorum 170
Canes muti 104. 112
Cantzley-Prieſter 171
Caſſander Neutraliſta 246
Cauſa Dei fervidiùs tractanda qvàm noſtra 163
Charitas 16. 98. 144
Characteres Zeli heroici 23
Chriſtus 38. 50. 199. 233
eum noſſe 39
totus amplectendus 248
nunqvam convitiatus eſt 82
propter eum pericula contemnenda 262
magnus fuit Zelator 132. 153
an eaſdẽ ſemper, intra mentis arcana ſenſerit vires 141

Chriſtianus ſine Zelo eſſe non poteſt 145
ſine Christo 8
Chryſoſtomi animoſitas 250
Clara atq; aperta an ſint definienda? 12.13
Claritas 12
Clavis ligans 137
Clementia intempeſtiva 79
Clerus Pontificius 91
Cœna S. notoriè impœnitentib. non eſt adminiſtranda 191.195
ejus uſurpatio eſt incentivum pii caloris 254
Compotatio 67
Conciones multorũ tepidæ 11.129
eruditæ 130.171
inefficaces 147.157
earum Tornatores 171
ſimplices 171
Conſcientia coacta 194
ejus cauſa ſolerter officio defungi 243
Conſeqventiæ è Scripturis S. 40
Conſtantia in adverſis 168
in Religione & doctrina 25
Contentio 66
Controverſiarum tractationes 181
Converſatio cum Piis 212.258
frigida 229
Convitia 81
Correptio publica & priv. 103.186
Credere & confiteri 162
Cunctatio non eſt in Zelo 159
Cultus rationalis 29
Cura familiæ non debet abſorbere curam Eccleſiæ 237
Curarum ſuperfluitas 237
DEfinitio rei, an ſit neceſſaria? 12
Dejectio animi meticuloſa 249
Delicta privata & publica 77
Deſiderium promotionis & emergendi 225
Deus eſt Zeli Principium 19
Zelotes 153
neſcit ſuperiorem 110
Diabolus eſt operoſus 150.212.255
Difficibilitas Zeli 142
Dilectio 16
Diſcrimen Juſtificationis & Sanctificationis 50
Diſputax 182
Divitiæ ſunt impedimentum ſancti caloris 225
Doctor Eccleſiæ non ſit tepidus 10
Doctiorum ratio, an inter concionandum habenda? 174
Doctrinæ puritas 26
Dogmatica 179
Donorum Dei ſuſcitatio 260
Duellum aggreſſuris S. cœna non exhibenda 192
EBrius 67
Eccleſia qvomodo dicatur Columna? 30
Eccleſia Romana 29
Eleemoſyna ſpiritualis 205
Elias Zelator 140
Epanorthoſis Superiorum probatur
Dictis 103
Exemplis 105
Rationibus 101
Autoritatibus Theologorum & JCtorum 111.115
an illorum animos exacerbet? 122

Eraſmus Roterdamus Neutraliſta 245
Errores graſſantes confutandi 183
Evangelium ſemper vel vitæ vel mortis odorem ſpirat 243
ejus ſumma 56
Potentia Dei 252
Evomitia ex ore Dei 9
FAlſa doctrina 47
Falſi Doctores 43
Fervidus qvis? 6. 160. 162
Fervor in propria cauſa 163
Feſtinanter 160
Fides 54. 162. 183
menſtrua 244
Filii & Filiæ ne ſint avaritiæ cauſa 218
Flagitioſi an ad S. cœnam admittendi? 194
Formi duloſi, qvi? 162. 169
Frigidus qvis? 4. 163
Fructuum non-apparentia impedit Zelum 240
Fruſtra laborare 241
GEneraliſta 184
Gentiles 4
Gradus privatæ correptionis 186
Gratia 20
Evangelii excitare nos debet 151
HÆreſis 48
imaginaria 61
ignotam narrare eſt ferere 184
Hæretici 5. 25. 45
ſunt fugiendi 48
an interficiendi? 93. 137
ſunt arguendi 137
ſunt fervidi 149
an ad cœnam admittendi? 194
Heroicum 23. 89
Hieronymus Pragenſis lætus ad mortem 168
Hoc age 237
Hoſtes Dei 101
Hoſtium pluralitas 149
Hugo Latymer regem Angliæ redarguens 189
Hypocritæ 49
Hypocriſis 100
IDololatræ ſunt ferventes 150
Jeſus Chriſtus 38. 50. 199. 233
Ignis gratiæ poteſt extingvi 142
Iræ divinæ 142
Paradiſiacus 20
Illuminatus 59
Impedimenta ſancti fervoris 212
Imperfectio 51. 56
Impius 4. 6
Impiorum Zelus 21. 59
Impœnitentes notoriè tales ad S. cœnam non admittendi & abſolvendi 191
Inconſtans 25
Indignis S. cœnam dare 193
Infallibilitas Pontificis Romani 29
Infideles 4
Intempeſtivè 69. 71
Johannes Islebius 25
Ira 18. 66
Irreconciliabiles num ad cœnam admittendi? 195
Judas an à Chriſto ad S. cœnam admiſſus? 196



Landesbibliothek Oldenburg

Judæus 5
Juſtitia 17. 24
Dei 9
Juſtificatio 50
Juſtificatio & ſanctificatio jungenda 52
Katzbalgen 75
Latere neſcius ſanctus Calor 160
Lenitas 95
noxia 80
Libertini 49
Libri boni & mali 258
Lingvæ igneæ 139
Loci aptitudo 70
Longanimitas Dei 9
ejus terminus inæqvalis 9
Lucta carnis, an adhuc in renatis 218
Lupis reſiſtendum 43
Magiſtratus an publicè aut privatim arguendus? 103
Affirmativa probatur dictis & exemplis 105
Rationibus 110
Auctoritat. Theologor. 111
JCtorum 115
reſpondetur ad objectiones 116
Verbo Dei ſubjicitur 117
Membrum Eccleſiæ 113
Mahomedanus 4
Majores nobis ardentiores fuerunt, & cur? 138
Mala germanitatis 24
Malè credere 25
Marcus Antonius de Dominis 245
Melancholia 254
Meſſis verbi divini patienter expectanda 242
Militandum 264
Miniſtri Eccleſiæ tepidi 10. 146
Algentes 146
eorum zelus 19. 23. 39. 134. 146. 162
Emblema 159
Lenitas noxia 80. 121. 125
Impios juſtiſſimè promulgant 84
in maledicis verſari non debent 87
ſint ſal terræ 96. 120
Manſvetudo 95. 134
Hypocriſis 100
Diſpenſatores myſteriorum Dei 191
Juniores, ſeniores corripere poſſunt 102
non parcere debent Maximis ac Summis 103
qvo ad munus docendi ſunt æqvales 107. 111
Regum & Principum ſubditi 117
ſtudeant Simplicitati 171
multi initiô fervidi, ſed mox fiunt tepidi & frigidi 126
nutricis mung9 exercēt 243
Tepor 129. 131
Preces 257
Diſcretioniſtæ 131
Vocationem reſpiciāt 260
ad ægrotos etiam non vocati accedant 280
τὰ ἴδια tractent 236



Landesbibliothek Oldenburg

Miniſtri Eccleſiæ an munia ſecularia obire poſſint 238
non ſunt datores, ſed prædicatores gratiæ 240
ſi fruſtra laborant qvid faciendum 241
obtemperant conſtitutioni Dominicæ 243
Miſſionarii Lutherani ad Indiam Orientalem 72
Modus Zeli 58. 124
Moiſes & Paulus 152
Moribundus 205
Mortis hora 158
Mundus impedit Zelum & qvibus 214.235
Multitudo errantium 35
Muſica ſacra eſt incentivum pii caloris 254
NAturalia dona 22
Nazianzeni cum Baſilio converſatio 258
Neceſſitas Zeli 132
Neutralitas 244.246
Nimietas 157
Norma veritatis non eſt ratio 27
non Eccleſia 29
non traditiones 31
non Patres 33
non Antiqvitas 34
non Univerſalitas 35
ſed eſt Scriptura S.C. 36
Partialis 36
Noſce te ipſum 165
Novi T. calor ſit major, qvam V. T. 151
Novitas errorum 65
Nutricis munus exercent Miniſtri Eccleſiæ 243
OBjectum Zeli 24
Oportunitas 64
Opus pium 20
Oratio efficax 147.156
auget zelum 256
Ordo verborum 52
Orthodoxia 25
PAcificus 135
Palinodiam non canit Miniſter Eccleſiæ juxta præſcriptum Domini ſui agens 188
Papa Romanus 227.29.91
Paſſio CHriſti 254
Paſtores tepidi 10
Patientia 9
Patres non ſunt norma veritatis 33
Paulus & Moiſes 152
Paulus qvomodo omnibus omnia factus? 247
Pax Eccleſiaſtica altercationibus turbatur 75
Peccati Qvalitas 73
Peccatum inhabitans eſt zeli impedimentum 218
Periculum plus qvam peccatum timere 249
Perſecutiones 138
in Piis augent zelum 168
Pontificiorum 93
Perſonalia pro concione tractare 75
Perſeverantia in S. calore 125.143
Phariſæorum Zelus adverſus Chriſtum 171
Phraſeologia S. Scripturæ 41
Pietas artificioſa 8
Pius Zelus 83.216
Pœnitentia 162
Polemicus 181



Landesbibliothek Oldenburg

Pontificii viri ſangvinum 90
eorum Zelus in minimis ceremoniolis 170
Præcipitantia in judicando 63
Præmium ferv. Myſtis repoſit. 263
Praxis 179. 182
Preces 156
ſunt follis ignis ſacri 256
Principibus & Ducibus pro veritate pugnandum 37
Principiis obſtandum 65
Principium fervet 126
ſancti caloris eſt Deus 19
Privatæ correptionis gradus 186
Prophetæ Zelatores 108
Propria peccata non videre 165
Providentia 9
Proximus qvis 104
Prudentia 64
Pſalmi & hymni incitant ſanctum calorem 255
Publica publicè arguenda 78. 103. 115. 186
Puſillanimitas nimia 249
RAritas ſancti fervoris 128
Ratio Status 100
vilipendit Religionem 218
Ratio non eſt regula ſalvificæ veritatis 27
Recordatio freqvens Baptiſmi 253
Reformationis tempore majori numero homines ad Religionem Evangelic. ſe contulerunt, qvàm hodiè, & cur? 138
Regenitus, an luctam carnis adhuc ſentiat 218
Reges & Principes ſunt Dii, aſt ſunt etiam peccatores 116
illis pro veritate pugnandum 37
Religio Chriſtiana 28
Religio voluntaria 28
hermophroditica 247
omnis Religio nulla 247
an in omnibus religionibus ſalvari poſſibile? 248
Repetitiones in concionibus 178
Reſolutio heroica 261
Reſurrectio ſpiritualis 44
Rhetoriſmus 177
Robur in ſpiritualibus 20
in ſanctis non ſemper idē 140
SAl terræ 96. 120
Salvari in omnibus Religionibus qvid ſit? 247
Sanctitas vitæ 49
Sanctificatio 50
Sangvinis profuſio 92
Satan tribus mediis regnum ſuum propagare ſtudet 255
Scientia ſine Conſcientia 50
Scriptura S. Canō: 33. 36. 38. 242. 251
Secordia ſpiritus 158
Seductus mitiùs tractandus 76
Seipſum arguere 166
Senioribus non parcendum 101
Simplicitas in concionando commendatur 171. 177
Simulativi qvi? 162
Sinceritas 24
Sociniani 5. 49
Societas frigida 229
cum piis 258
Solicitudinum multitudo 235
Specialiſta 184
Spiritus ſanctus 20
Status corruptionis 20
Sufficit 261



Landesbibliothek Oldenburg

Suggeſtus 11
Summa ſummarum 38
Superbia 227
Suſcitare donum Dei qvid? 261
Symb. Apoſtol. an ſit ſufficiens 248
TArditas pigra 127. 160
Tartarorum Chami in Religione indifferentiſmus 244
Tautologiæ 178
Tepidus qvis? 7. 10. 160
Tepor 8. 127. 129. 155
in Religione eſt ſubtilis Atheiſmus 155. ej. pœna 159
Τετράγωνος 6
Theoria 179
Theologia in qvo conſiſtat 138
Timiditas 249
Tornatores concionum 171
Torpor Doctorum Eccleſiæ 146
Traditiones Pontificorum, earumqve numerus 31
Tutelæ ac Curatelæ, an Clericis committendæ? 236
VElle qvid? 20. 160
Verbum Dei, vid. Scriptura S.
non poteſt vacuũ reverti 242
nõ ſemper ſubitò efflorеſc. *ib.*
eſt adjumentum pii caloris 251
Verborum acerbitas vitanda 82
Verboſus Concionator 174
Veritas 24. 49
Doctrinæ 27
Rei non à duratione 143
Viliſpendium Chriſti & bonorum ab illo partorum 233
Vindicta 66
Vinoſus Epiſcopus 89
Viri ſancti Zelatores 154
Viſitatio domeſtica 199
Ægrotorum 205
Vita impia 6
Vitæ brevitas 158
Univerſalitas non eſt norma veritatis ſalvificæ 35
Vocationis conſideratio incitat ad Zelum 260
Uſurpatio S. Cœnæ adjumentum ſancti caloris 254
Utralitas 244
Vulpes parvulæ 46
ZElus 14. 16. 18. an ſit virtus 15
Zelus Miniſtri Eccl. 19. 21. 93. 97.
impiorum 21. 59
naturalis 22. heroicus 23
ejus *Principium* DEUS 16
*Objectum* 24
pro veritate 25
pro falſa Religione 27
pro ſanctitate 49
ejus *Modus* 58
adverſus notoria 60
non adverſ9 imaginariam hæreſin aut putativum qvid 61
cum prudentia conjunctus 64
oportunus *ibid.*
adverſus novos errores 65
interdictus 68. noxius 69
æqvalis 74. 165
Loci aptitudinẽ reſpiciens 70
& peccati qvalitatem 73
intenſus 79
extra maledicta & cõvitia 81
pius 83. 264
extra verbera 89
extra internecionem 92
lenitate & charit. conditus 95
univerſalis ratione objecti realis 100
ratione objecti perſonalis *ib.*

non parcens Amicis *ibid.*
non Senioribus 101
non Maximis ac Summis 103
perſeverantia roboratus 125
ejus *Affectiones* 128
rarus 129
neceſſarius 132
inæqvalis 138
difficilis 142
temporarius 126. 143
ejus *Motiva* 145
Chriſtianus ſine eo eſſe non poteſt *ibid.*
Torpens inefficax 146
Imitator Dei 153
Corona bonor. operum 156
Deo acceptus 157
Audax 158
ejus *Signa* 159
non eſt cunctator 159
latere neſcius 160
præſupponit amorem 162
ex corde ardente proficiſc. *ib.*
in Dei cauſa flagrantior 163
delicta æqve taxans 165
micans in adverſis 167
non uniformis 170
ſtudet ſimplicitati 171
in dogmaticis & pragmat. 179
in Polemicis 181
adverſ9 errores graſſantes 183
non eſt Generaliſta, ſed Specialiſta 184
jx. præſcriptum Domini agens non canit Palinodiam 188
non abſolvit notoriè impœnitentes 191
viſitationem domeſticam ſibi habet commendatam 199
& in ſpecie Ægrotorum 205
abſqve ſontica cauſa non adornat itinera 208
ſtringit poti9, qvã ut laxet 210
Piis maximam operam impendit 211
ejus *Impedimenta* ſunt
Diabolus 212
Mundus 214
Peccatum inhabitans 218
Auri fames 221
Ulterioris promotionis flagrans deſiderium 225
frigida Societas 229
Vilipendium Chriſti & bonorum ab illo partorum 240
Superfluitas curarum 235
non-apparentia fructuum 240
Neutralitas vel Utralitas 244
Puſillanimitas & timiditas 249
ejus *Adjumenta* 251
Verbum Dei 252
Baptiſmi freqvens recordatio 253
S. Cœnæ Uſurpatio 254
Muſica ſacra *ibid.*
Preces 256
Bonitas Societatis 258
Lectio libror. ſpiritualium *ib.*
Conſideratio Vocationis 260
Donorum Dei ſuſcitatio *ibid.*
Heroica reſolutio 261
Amor Dei & Chriſti 262
Meditatio prœmii cœleſt. 263
Adhort. ad pium Zelum 264.

FINIS.

Landesbibliothek Oldenburg